

**Vaesani cujusdam [i.e. A. Vesalii] columniarum in Hippocratis Galenique rem anatomicam depulsio ... / Denuo per Alexandrum Arnaudum ... castigata.**

### **Contributors**

Dubois, Jacques, 1478-1555.  
Arnaudum, Alexandrum.

### **Publication/Creation**

Basle : J. Derbille, 1556.

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/dn7mpczw>


### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>




ISAGOGES  
ANATOMICAE  
&c.  
J. SYLVIUS.

1556









Id. 23

The Library of the  
Wellcome Institute for  
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY  
OF  
LONDON  
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark

1-3) SYLVIUS, J.

150511211111  
ЯПОНОВАНИЕ  
СИНЕГО

Синий цвет - символ востока  
и солнца. Синий цвет - цвет  
жизни и здоровья. Синий цвет  
имеет лечебные свойства. Синий  
цвет - цвет спокойствия и  
миролюбия. Синий цвет - цвет  
счастья и радости. Синий цвет  
имеет магические свойства.  
Синий цвет - цвет любви и  
романтики. Синий цвет - цвет  
искусства и культуры. Синий  
цвет - цвет природы и красоты.

ДЕ БОДЕН

Синий цвет

Синий

Синий цвет - цвет востока  
и солнца. Синий цвет - цвет  
жизни и здоровья. Синий цвет  
имеет лечебные свойства. Синий  
цвет - цвет спокойствия и  
миролюбия. Синий цвет - цвет  
счастья и радости. Синий цвет  
имеет магические свойства.  
Синий цвет - цвет любви и  
романтики. Синий цвет - цвет  
искусства и культуры. Синий  
цвет - цвет природы и красоты.

V A E S A N I  
C V I V S D A M C A-  
L V M N I A R V M I N  
H I P P O C R A T I S  
G A L E N I Q U E  
rem anatomi-  
cam depul-  
sio,

Per I A C O B U M S Y L V I U M ,  
medicæ rei apud Parrhi-  
sios interpretem  
Regium.

Denuò per Alexandrum Arnaudum  
diligentissimè castigata.

Oὐτως καλονῶν ἀπέχε τῶν δηθρίων.  
Sic perniciosis voluptatibus abstine,

B A S I L E A E ,

Ex officina Iacobi Derbillcy,

M . D . L V I .

HIPPOCRATIS  
GALENI QVÆVMAD  
MNBVS TACOBVS  
SYLVIVS hoc  
erigebat Tro-  
phæum.

O' vos Elysiae dei coronæ  
Summi, absistite mentibus moueri,  
Quod vos polluit ore abominando  
Væsanus nimium calumniator.  
En vestro addite transfugam triumpho  
Vinctum. hoc en pietas dicat trophyum  
Vobis nostra, hilari manu βραβεῖον,  
Istud sumite, sedibus beatis A E.  
Iam iam Iudite, perfruaminiq;  
Phœbi laus, hominum salutis perennis.  
A D

A D M E D I C O O S <sup>3</sup>  
*παραίστασις.*

Phœbæ proceres domus sacrati;

Vos Asclepiadæ pīj nepotes;

Frontem exporgite, gaudioq; pleni;

Summo plaudite, gratulaminiq;

Phœbæ ducibus scholæ verendis,

Et diuo Hippocrati, & pio Galeno,

Omnino in sua iura restitutis.

Hos hymnis celebrate, floribusq;

Lectis spargite, certui deorum

Summa reddite gloria beatos.

Hos ne quis violet, dehinc cauete,

Phœbi aut numina dira sentietis.

A . 2 CAND

4  
CANDIDO ET PIO  
LECTORI.



DIVINVM Hippocratem , ac  
eius ubiq; admirandum interpre-  
tem Galenum , maxima post Apol-  
linem ac Aesculapium medicinæ  
mumina , cum mihi persuasissim vndequaq; ab-  
solutissimos esse , nihilq; vñquam nec in physio-  
logia , nec in cæteris medicinæ partibus scripsi-  
se , quod non esset verissimum , audiissim verd  
yanissimas quasdam in ipsorum physiogiam  
calumniis à Væsana quodam ac arrogatissimo  
simul & rerum omnium ignorantissimo trans-  
fuga ; iniquissimè iactari , omnē moui lapidem ,  
vt pium auditorem decebat , quā eos omni igno-  
rantiæ non modò nota , sed etiam suspicione libe-  
rarent . Id quod mihi sceliciter consecutus videor  
tum his calumniarū propulsionibus , tum an-  
notationibus in libros de vsu partium : vt iam  
planè intellecturus sit auditor pius , calumni a-  
torem hunc male ab Hippocratis magistri iure-  
inranda desciuisse , qua parte suis præceptoribus  
eorumq; liberis & utriusq; aequali summamq; gra-  
titudinem pollicetur , ac perperam modis omni-  
bus captasse reprehēdēdi occasionem , vt aliquis  
tandem haberetur , si cum tantis præceptoribus  
in re Anatomica manum consereret , & de prin-  
cipatu cum eis contenderet , cum multò æquius  
eos

5

eos excusasset, si erat in quo lapsi videretur, aut ea omisisse, vel scripsisse pauca, quae in huius etatis corporibus vel insunt, vel desiderantur. Sic enim neque impietatis titulu semper dīs ho minibusq; odiosissimū ambisset, neq; ignominia summā, ne grauius quid addam, referret, sed de medicis bene meritus, gratiā & gloriā expe ctaret, quantā à vobis expectamus pī lectores, quae nobis solatio esse aliquando possit contra conuictiorum plaustra, quae hic maledicentissimus calumniator, bonis tum rationibus tum testibus conuictus, sola ad sui defensionem in nos apparat. Verū non euro magis, quām si fēmina, siue quis infans mestipula peteret, quia hominis inertis verba volat irrita. Propterea constitui omnino, nihil vñquā illi quicquā responderē. Sed vos iudices instituo ex naturae historia, & Hippocratis Galeniq; libris, cū ea ubique consentientibus. Causæ tamen præceptorum vestrorum omnino æquissimæ, animis linguisq;, quantum iudicibus integris licet, fauete. In quos pietate summa adductus, & calumniarum ini quitate offensus, si pauca quædā in horum ine ptum accusatorem acerbiora scripsi, pietati totū id tribuite, non insolite maledicendi cuidam libidini. Porrò calumnias hoc libro amolior, non ut in mentem, calamumq; venerunt, sed pro ordine eisagoges anatomicæ à nobis conscripte:

A 3 alias

5

alias autem nostris in libros usus partium annotationibus pro ipsorum librorum ordine depulsi, sed huius calumniatoris mentione sacrum illius sermonem non pollui. Utroque autem calumniatoris errata quedam insigniora & calumniae magis affinia obiter perstrinxi. Nam omnia vel appellare tantum, operis fuerit infiniti, & ad lectoris prius institutionem parum pertinentis.

Hac cum iam absoluisset: ecce epitome anatomica Fuchsius edidit, de vasta & vana calumniatoris farragine excerptam, eiusque calumnias retinentem: quarum de pulsione ex hoc libello manifeste agnoscat, ac tandem intelligat Galenum post Hippocrate unicum esse rei anatomicae ac reliquarum medicinae partium parentem. Id quod multo certius cognoscet si reliquas epitomes sue partes (nam ossa tantum & musculos attingit) ex ipsa naturae historia decerpatur, non de calumniatoris collusie errorum plenissima, & sensibus suis testibus & iudicibus, quo scribimus modo, credat. In quod studium si incumbat nullius verbis addictus, insolente certò scio ignorantemque calumniatorem statim clamabit, & conuicius medacibus praceptores suos impie lacerantem, & veritati ac naturae passim obstrepatem diris denouebit.

CAL



# CALVMNIAE

PRIMA E PRO

PVLSATIO.

\*



A L E N I osteotome tota  
hominis ossibus adamus-  
sim conuenit, de hisq; solis  
est perscripta, vt hominis  
sceleton quemuis cum ea  
conferēti patet clarissimè. Quanquā pos-  
sit etiā ossibus animaliū homini similiū,  
cuiusmodi est maximè simia, parte sui plu-  
rima cōpetere. Non est tamen de hominis  
& simiae ossibus sic scripta cōiter, vt par-  
te vna illius, altera huius ossa magis repræ-  
sentet. Id quod quām absurdū esset ac ri-  
diculum, non minus, quām si humano ca-  
piti simiae ceruicē subiungeret aliquis, ne-  
mo non planè intelligit, propterea quòd  
simia etsi ossium numero, magnitudine,  
figura, situ, nobiscū valde consentiat, est ta-  
men vbi in horū propè singulis plurimū

A 4 dissent

dissentiat, ut hominis sceleton sceleto simiæ cōparantibus luce meridiana clarius apparet. Nos quoq; harum in ossibus hominis & simiæ differentiarū aliquot nostris in Galeni osteotomen cōmentariis apertere explicauimus. Falsò igitur calumnia tor opinatur Galeni osteologiā de ossibus hominis simul & simiæ communiter scriptam, adductus his Galeni verbis: *Qui nostra hæc cōmentaria est intellecturus, ver fatus sit oportet diligēter in nostra osteo-*

*Cōmen. 3.* tomen, & qualia sint ossa singula, contem  
piēti *oī* platus in sceleton hominis: si minus, saltē  
*θραυ.* simiæ. Cū Galenus hoc sermone velit ossa  
hominis suæ osteotomæ ad orationis per  
spicuitatem & fidem omnino adhibenda,  
quæ si ad manum nobis non adsint, saltem  
simiæ ossa humanis multum similia esse  
substituenda.

*Calumniæ secundæ amolitio.*

**N**on osse sphenoeide, inter apophyses clinoides parū cano, foramina sunt permulta, tanquam corona quadā consistētia, sed parua: nisi quod in horum medio saepe unum est magnum, per quæ cerebri pituita in sinus duos insignes subiectos (de quibus postea) excernitur, & ab his per meatus

tus alios sensui partim occultos, partim manifestos in palatū & nares. Hæc tamen foramina à Galeno rectè scripta à nobis in craniis omnibus semper obseruata, spectari & esse pernegat calumniator, nulla neque ratione neq; experiētia certa firmatus, falsoq; addit sphenoeides hac parte esse crassissimum, cū sit planè tenuissimum, & stylo quo quis mox penetrabile, etiā interdū ad sphenoeidis cū osse occipitis imo cōmissuras. Quo tamen cōmissuræ loco səpius est crassissimum vſq; ad partē ſinū poſticā. Quæres calumniatori fortasse imposuit. vt ſphenoeides ſupra ſinus crassissimum nec foraminulentū ſcriberet. Cumq; horū ſinuum vſum ad pituitā è cerebro defluentē cōtinendam ignoret, & dicta nuper foramina non recipiat, canales quatuor in ſphenoei de inter dicta apophysē ſomniat, per quos pituitā ex choana in cranij basin præcipitat ac effundit, magno partiū capitī & collo ſubiectarū incōmodo. Ex his autē fīctis canalibus duo tantūm posteriores in nostris craniis apparēt carotidē præcipuā intra craniū ad plexū retiformē hoc loco cōſtituendū emittētes, nō autē pituitā ex glandula effundendā destinati. Hāc verò controuersiā de via pituitā cerebri in palatū

A S & nares

& nares educe[n]te facilius & certius dirim[us]. si glādulā vbiq[ue] imia parte sphenocidi circūhærere spectāris, nullo meatu relicto fictis canalibus: si præterea in choanam adhuc calentē, aut fotu aliquo sicco recalfactā infles, aut aliquē præcipuè coloratū humorē: sed tenuē & calentem infundas. Excepto enim palato deprehēdes à sinib[us] prædictas materias excerni per manifestos & latētes sensuū meatus, qui tamē etiā apertè in coryza, & cū aliās sāpe & multū emungimus, & interdū inspirādo, & cū in magna siti lentē bibimus, deprehendūtur sonitu quodā reciprocantiū per ea materialū. Præterea si os sphenocides quā sunt dicta nuper foramina, cultello vel pugiōe vel terebello perfores, (id enim ob eius partis tenuitatē est promptissimū) deinde immisso tubulo humorē inflabis, aut sine humorē aérē, susurros inibi multos transmeatis ex sinib[us] materiæ in nares & palatum audies, nisi pituita multa crassa lenta eos fin⁹ impleat. Quòd si scalpro forti aut serra palatū eximes, deinde infles ut prius, materias cū multo strepitū efferri audies ac spectabis. Quin si latius parte superna hos sinus aperueris osse illo tenui latè excepto, ut tota appareat subiecta cavitas sinuum,

num, foramina spectabis quā plurima in  
fundo sinus foramina palati respiciēte:  
imò & aliquoties tā magnū inueni, ut cala-  
mum scriptoriū facile recuperet, quā verò  
spectat̄ sinus ipsi nares alia sunt numero-  
sa, & ampliora. Adde quòd sāpe & sinus &  
nares & palatū atq; fauces totas plenas pi-  
tuita crassa & corrupta reperi. Ne igitur  
posthac bone vir præceptoribus tuis vera-  
cib⁹, & nature obstrepe, cuius fabricā igno-  
ras, & operū eius vsum negas iniquissimè:  
sed quod suadeo, explora in recēti cadaue-  
re: & tuā ipse arrogātiā, impietatē, ignorā-  
tiā, ingratitudinē mox agnosces, neq; dices  
posthac ossa illa sphenoidea precarie fo-  
raminulēta apparere, nō talia esse natura.  
Sic enim respōdisti Sanctāgelo nostro me-  
dico perdocto offerēti sceletū pueri recen-  
tissimū, quē nos per eūdē Cornelio Baers-  
dorpio Cæsareæ maiestatis archiatro lon-  
gè præstātissimo missum curaueramus cū  
ossibus aliis, tuas calūnias cōfutātibus. Sed  
nihil horum præ tui dogmatis rabie aspe-  
ctu dignatu: es, ne palindiam canere co-  
ram viris bonis & doctis cogereris, si hæc  
sensibus tui fidem veritatis Galenicæ &  
calumniarum tuarum fecissent. Quòd si  
laborem experiundi quæ scripsi refugias,

cram

cranium recens supernè, quā sunt foramina in sphenoeide, pugiunculo pertunde, & aquā per calamum vel infundibulū paruum infunde: spectabis eam mox nunc in nares, nunc in palati foramina pro situ vario cranij diffluere. Id cranium penitus si aperias, & latius ut totum sinuum fundum appareat, foramina quæ antè dixi spectabis. Noli igitur esse incredulus, nec aures & oculos veritati agnoscendæ tam pertinaciter occlude.

CALVMNIAE TERTIAE  
*propulsio.*



PRÆCIPVAM carotidem à Galeno in cerebrū emitti per foramen pari tertio & quarto commune, plenum ignoratiæ & impietatis est commentum. Nam Gal. lib. de anatome neruorum ( ex quo hanc contexuisti calumniam ) non præcipuum carotida sed reliquum carotidos, per id foramen in cerebrū ferri scribit. Hunc verò locum esse luxatum etiam in exemplari Græco, tum veteri, tum nuper inuento, facile conuincunt sequentia, & pertinere ad sextā coniugationem, nō ad tertiam: nam in fine huius luxatæ particulæ addit: Quo itaque

itaq; modo nerui isti per collum ad thoro-,,  
racem & ad partes diaphragmati subditas ,,,  
feruntur , quæq; ipsorum sit distributio, ,,,  
procedente oratione ostendemus. Totum  
autem quod sequitur, Commune autem,  
ysq; Nūc autem luxatum ex sexta coniu-  
gatione est. Quanquā quod in medio est,  
ad tertiam vti ad sextam vel aliam quam-  
uis coniugationē ex æquo pertinere pos-  
sit, vt sit legendum folio sequenti: Sexta ,,,  
autem coniugatio neruorum ex cerebro ,,,  
nascentiū excidit per foramen in fine in- ,,,  
ferno suturæ lamboidis Cōmune autem ,,,  
est cranij foramē, per quod hæc deorsum ,,,  
fertur , & arteriæ carotidis reliquū ad ce- ,,,  
rebrū subit,&c. Nam profundior & poste Lib. 16.  
rior & principalior carotis in ramos duos. v.p.  
diuiditur Galeno , maximos quidem, sed  
inæquales: quorum minor retro magis ad  
basin cerebelli ascēdit, magno ac prælon-  
go foramine excepta, quod est in fine in-  
ferno suture lamboidis, id est foramine  
coniugationis sextæ: reliquis verò anterio-  
ribus partibus sursum fertur in caput, per  
foramen quod est in osse lapidoso. Hæc  
Galenus: quo loco reliquis ramis seu reli-  
quia carotis præcipua est, quæ plexum reti-  
formem efficit, & per foramen obliquum

in osse lapidoso ascendit, non per cōmune pari tertio & quarto. In anatome vero nero reliqua carotis, minor scilicet portio posterioris, per foramē sextę ascendit cum præcipua portione venę iugularis internę. Sequi igitur hūc Galeni locum lib. 16. v. p. debuisset potius calumniator, vbi ex professio arterię distributionem declarauit, vti & libro de anatome arteriarū ( vbi tamen foraminis nō meminit ) nō locum hunc corruptum, vbi tantū obiter arteriæ carotidis meminit, nisi ansam in Galenū calumnian di captasset sibi vbiq; iucundissimam. Huc pertinet, quòd etiā ea quę post à Galeno in corrupta hac particula scribūtur de neruorum per collum in thoracem partēsq; dia phragmati subditas distributione, calumniatorem debuerunt admonere, agi hoc loco de sextæ coniugationis proprio foramine non tertia & quartæ cōmuni, multò certè minori, quam vel solius arteriæ carotidis præcipue dimidio sufficiat, cū sit hæc veluti camelus quidā ad acum. Nam à sola coniugatione sexta nerui in dictas partes distribuuntur, nō à tertia. Reliquus igitur carotidis ramus nunc minorē nunc maiorem refert, pro varia diuisione, nō semper maiorem, quę præcipua est carotidis plexū retiform

formem efficiens. Ne igitur toties calūnia-  
tor inculcat Galenū prēcipuā cariōtida per  
foramen pari tertio & quarto cōmune in  
cerebrum perperam educere, cū id nun-  
quam Galenus vel somniauerit, vt apertis-  
simè demōstrauimus. More autem suo ca-  
lumniator celeritate iudicandi, de re pla-  
nē incognita falsam pronunciat sententiā,  
& medicorum vulgus eadem ignorātia in-  
fatuatū in errorem absurdissimum præ-  
cipitat, maxima reipublicæ detimento.

## Q V A R T A E C A L V M-

*niae depulsio.*

**M**O T V S capitis geminos, rectum  
annuendo, & renuendo, seu fle-  
ctendo, & extendendo, ac obli-  
quū in latera circūagendo scri-  
bit Gal. cap. 7. de Ossibus, & initio lib. 12.  
vſus partiū: & rectum fieri diarthrūsi primi  
spondyli cū secundo: obliquum autē diar-  
thrūsi corwnan occipitis duorū cū duabus  
primi spōdyli supernis cavitatibus. Id quod  
pernegat calumniator sua ignorātia crassif-  
fima & iudicādi celeritate peruersus. Ver-  
bum enim *τερπιάγει* locis iā cōmemoratis  
& alibi passim Galenus accipit pro caput  
ab antico in dextrū vel sinistrū circunduce  
re, sine illa capitis in humeros indeclina-  
tione

tione: quam solā malè calumniator per circumactionē Galeni interpretatur, cū ea capitis inclinatio in humeros, colli sit totius spōdylorū, nō capitī articulationū cū primo spōdylo. Circūactionē hanc Galeno re Etē perficit alteruter paruorū in summa cervice muscularū obliquorū & masto~~adē~~<sup>ndas</sup>: quāuis eā quoq; auctiōre faciat motus secundæ diarthr~~s~~ seos præcipue, sed etiā aliarum colli subiectarū. Quibus adminiculis tandem fit, vt facies dorso propè immineat, & velut quidā Janus etiā postica spectare possis. Neq; enim sic accipiendum, rectos capitī motus secūda, obliquos prima diarthr~~s~~ fieri, vt non etiā iuuentur illi quidē prima, hi verò secunda. Id quod ratione & experientia (quæ sola duo sunt fidei facienda instrumenta) sic demōstro. Id nanq; in homine viuo, pr̄esertim multūm gracili, vt spondylos primos obseruare possis, ita explorabis, & in recēns mortuo & adhuc callēte, aut recalfacto. Præterea si omnes musculos exemeris pr̄eter octo paruos, & duos masto~~adē~~<sup>ndas</sup>; quos si ambos contraxeris, cernes primū spōdylum à secūdo plurimūm postica parte sursum abscedere, minimum ab occipite. Si paruos quatuor musculos rectos contraxeris, occiput in secundū spōdylum

Ium reclinari plurimum spectabis, à primi spōdyli spina id prohibente, minimum in primum. Idē abatis omnibus muscularis, sed ligamentis adhuc recentibus & molibus seruatis, experieris. Cur enim natura musculos rectos, licet breuissimos, à primi spondyli parte postica in occiput inseruisset, nīhi hēc diarthrosis prima motū capitī rectum adiutura fuisset: faciendum tamen præcipuē à rectis duobus aliis muscularis majoribus à spina secundi spōdyli in occiput tendentibus. Cur item obliquos musculos affixisset duos apophysī transuersæ primi spondyli, & spinæ secundi, nō solūm duos etiā obliquos eidem apophysī & occipiti, nisi motū capitī obliquum seu circuactiō nem à prima diarthrosis præcipuē fieri voluisse, à secunda tamen iuuari: Nam reliquorum colli spōdylorū diarthrosis numerosior in corporibus quidē ipsorum pyxidatim facta, in apophysib⁹ autē obliquis oblique multum, & breuibus ligamentis cōnexa, talem circumactiōnem ferre notabilem nō potest, paruam tamen flexionē & extensionē, & in humeros inclinatiōnē sustinere potest. Porro eā capitī flexionē & extensionē ipse secundi spōdyli dens non paulo securiorem facit, dum, ne

B      motus

motus vterque immodicus fiat, prohibet. Sed idē quoq; dens per primi spōdyli cauū in occiput inter sua corona firmiter alligatus circuactionē multū adiuuat, & tutissimam facit, (quod ea diathesis prima omnī sit principalissima, & ob id omnium securissima & munitissima esse debuit) dū circa ipsum caput cū primo spōdylo nō aliter quā ostiorū verticilla circa ipsos vectes circuagatur. Hac de re nō pauca docuimus annotatione prima in lib. 12. vsus partium.

Q V I N T A E C A L V M  
niæ depulsio.

**S**VTVRAM in gena superna ab esse frontis secundū nasum per dentium caninorū alveolos in palatū tendentē aliquoties absoluissimā cōspexi, & spectandā auditoribus circiter quadringentis exhibui, frequētius dimidiatā, & parte nunc superna nunc inferna cōspicuā, nunc vtraq; sed in medio vanescētē. Cranium quoq; domi habeo in quo est affabré expressa: ut cōiectura mihi sit maxima, in regionibus quibusdā crania esse eiusmodi quamplurima, & fortasse omnia, si quis diligētius inquisuerit. Nam cū talis sutura Galeno in craniis omnibus (quæ

(quæ plurima spectasse ne ipse quidē calūniator negabit) semper apparuerit, & nobis aliquoties, cur de hac sutura falsum scripsisse Galenus cuipiā videri debeat? cū cæteras nō modò genæ huius supernæ suturas, sed etiā capitistam bellè repræsentarit, ut nihil desiderari quicat? Ne igitur eā post-hac ex simia aut cane substituat calūniator, sed in humana gena disquirat, in qua si minus expressa apparebit, aut non tota, Galenum ne accuseret, sed naturæ impedimenta quædam nostris corporibus in vietu & venere intempestiuæ ac immodiæ vitiis succedentia; de quibus nos abunde egimus epistola in sagugen anatomicā, & de naturæ in nostris corporibus mutatione magna & degeneratione ab his quæ olim fuerunt.

## S E X T A E C A L V M-

viæ depulsio.



ENAM infernam Hippocratis & Galeni testimonio bitossem esse nō recipit calumniator, ne corpus hac quoq; parte, vt propè cæteris, sit geminum. Saltem verò symphyseos eminentia vtriusq; insignis fidem illi aliquam faciat cōmissuræ: qualis profecto eminentia in plerisq; sterni &

B 2 cunct

cunctis ossis sacri, & tribus innominati, seu  
totorum ilium ossibus commissuram tegit, ac  
firmat, & in plerisque craniorum suturis & in  
fractis ossibus pars appellata. Quo quidem  
per vi derafo ossa apparerunt secreta, non ali-  
ter quam glutine quoquis ablato partes glu-  
tinatque dehiscunt. Derasa quoque dictorū os-  
sium eminētia, fragile os hac parte euadit,  
id quod etiam genae ipsi est commune. Ad hanc  
mediullosa genae cuitas feret in medio, &  
sepe multo ante mediū sistitur. Abusa tamen  
genae eminētia utramque natura est ad muscu-  
lorum quorundam vel exortum vel insertione:  
ne putas ipsam primam ratione ob musculos  
istos his eminentiis grauasse partem hanc, le-  
uitate plurima egentem, ut mouentibus mu-  
sculis obediat proptius haec gena dum edi-  
mus, loquimur, vel aliter eius motu multo,  
crebro, celeri utimur. Poterat enim natura  
parte asperata sed tutam musculis praebere,  
ut masseterum, & aliorum quam plurimorum or-  
tus & insertiones ostendunt. Sed quomodo  
ligna ut firmius habeant, latiuscula parte glu-  
tinatur, sic genae pars paulo amplior appa-  
ret ubi glutinatur, ut pluribus apprehensionibus  
cohæreat: quomodo omnes tendonum  
in ossa vel substantiam aliā inseriones, nisi  
interdum longius ferantur, quam latius, sicque  
firmic

fitmitatē latitudini ex loci angustia negatam, longitudine redimant ac pensent. Ad hęc, vt ligna glutinata nō semper quo loco sunt glutinata rūpuntur, sed sāpe ligni teneroris partē abrumpunt secum, & detrahūt, sic gena hęc vtrinq; delimitata in medio ceu recta linea dū frangitur, abrumpit tamen vtrinq; partiū aliquid. Adde quòd lima rotūda genae interior eminentia si æqualiter abradatur, ostēdit mox in medio velut linea cuiusdā rectę rudimentū, quod natu- uam quandā diuisionē declareret. Pręterea si hanc genā recēns ex terra post iustum pu- tredinem extraxeris, & diducēdo fregeris, ferē in medio dissoluta dehiscet & frange tur. Cur verò id illi minus eueniat, quām sterni ossibus etiā coctione soluēdis, nō so- la putredine? Ea nāq; in sceletis terra effos- sis vix vnquam iuncta apparent. Quia verò genam ad mandendum etiā recēns nati fir- mam requirunt, tanquā vnica esset, firmius statim à natura est glutinata: sterni verò ossa diu post natuitatē respiratione inglu- tinata seruire oportuit, ob id tardius & mi- nus pertinaciter coaluerūt. Ad hęc cum in brutis quā plurimis bīs omnino recipitur, cur in homine, in quo est eadem diuisionis ratio, osse gemino cōstare non recipietur?

## SEPTIMAE CALVMNIAE

DE P V L S I O.

**S**TERNI ossa septem in omnibus sceletis obseruasse Galenū vel ex hoc apparat, quod non adscripserit interdū plura eius ossa esse, interdū pauciora; ut in metaphreni spōdylis, & costis hos spondylostāgentibus, & in eos insertis numerū variare de-  
,, clarauit, lib. de ossibus. Hæc porrò septem  
,, ossa, septem costis īfernē terminari do-  
,, cet lib. 8. administrationū, his verbis: Ster-  
,, non os solidum appetet *diā tūnus à quo*  
,, *vias àngibexy*. membranis autem derafis,  
,, septem ossi palam apparent, quot cum eo  
,, costæ articulantur: quarum anterior finis  
,, non nihil attenuatus inferno fini singulo-  
,, rum sterni ossium inseritur, in medium  
,, scilicet harmoniæ receptus. Septem igitur  
,, superiores thoracis costæ ita articulantur:  
,, octaua autem ad radicem xiphoadis. Quæ  
Galeni verba palam ostendunt male à ca-  
lumniatore fieri maximū os sterni super-  
num, & extendi usq; ad costam secundam:  
cum prima costa ad os supernum finiat, ut  
in simia & cane, sic in homine: ut etiam  
docet eminentia eo loco, index commis-  
suræ

furæ manifestissima, ut paulò antè, & lib.  
de ossibus fusius probauimus. Quam ossis  
primi diuisionem si recipiat calumniator,  
ossa septem recipiat. Nam pictis à se ster-  
nis omnibus sex distinguit, sed primū per-  
peram facit maximū. Quanquam reuera  
hoc tempore in nostris corporibus rarif-  
fima sint ossa sterni septē: sed sæpius sex,  
ac quinque, non raro quatuor & tria: sed  
tunc latiora inferna sunt, ut costis septem  
excipiendis sufficient: interdū etiam octo.  
Quæ numeri ossium in sterno facta diini-  
nitio, quia thoracem facit multò quam  
sibi cōueniat breuiorem, etiam pulmoni  
dextro, & venæ azygo aliquā mutationis  
necessitatem attulit, ut post suo loco au-  
dies. Nicolaus quoq; Massa Venetus in re  
anatomica exercitatissimus medicus septē  
sterni ossa ter numerat, nec addit interdū  
pauciora. Quod hominis testimonium fi-  
dem facit Venetus etiā hodie (nam abhinc  
annis 16. scripsit) septē omnino esse sterni  
ossa, quot etiam Mondinus (nullius enim  
scriptoris quantūvis obscuri testimonium  
hac in re cōtemnendum existimo) se sem-  
per obseruasse scribit, cum minoris alicu-  
ius numeri nō meminerit. Id quod etiam  
fuisse prioribus aliis perspectum recipi-

mus, quanquam in nostris corporibus ho-  
die sterni ossium numerus sit raro septem,  
frequentius pauciorum.

OCTAVAE CALVMNIAE  
DEPVLSIO.

**B**RACHTVM ut crus antè, &  
foras parùm torqueri, Hippo-  
crates, Galenus, figuræ vtilitas,  
loquuntur. Anterior nanq; os-  
sis totius gibbositas, & exterior periculis  
foris occursantibus tantò tutius obſtitit,  
quanto plus ea gibbositas ad figuram ro-  
tundam accedit. Simitas verò duplex, in-  
terna & postica, dupli gibbositati oppo-  
ſita, tum musculis, vasis, neruis & maximis  
& principalissimis seruit capiendis: tum  
etiam quæ in brachio est, thoracis gibbo-  
ſitati: quæ in crure, ſessioni: quæ in vtroq;;  
apprehenſioni: quam ostendunt equitan-  
tes & ehippiarij, dum ea conſuunt quæ  
inter crura firmiter cōtinent. Cūm autem  
in crure ambulationis firmæ instrumen-  
to, etiam apprehenſioni cōmodet ossis in  
eo postica & interna ſimitas, multò ma-  
gis ostenditur in brachio apprehenſionis  
ſoliuſ instrumento ea comoditas. Quæ  
quidem apprehenſio quantum à curuis &  
ſimis

simis partibus nostris iuuetur, omnia cubiti, carpi, meta carpij, digitorum ossa abundè docent, sima intus omnia, quà scilicet apprehensura erant, foris autē conuexa: & in his lateribus quæ iniuriis patebant magis, ut essent tutiora scilicet atque capaciora, figuræ rotundæ commoda sunt mutuata. Quòd si ossa brachij quædam & cruris rectiora apparebunt, fortasse id vitium figuræ, ab arctioribus & durioribus fasciis (quibus tum obstetrices tum nutrices brachia & crura adhuc cerea præsertim angere solent) profectū aliquandiu perdurat, vti natura per vim & artem in macrocephalis aliquandiu victa apud Hippocratem libro de aquis: quam si etiam furca expellas, & in diuersum torqueas, tam en usque recurret. Atq; etiam quomo<sup>d</sup>do macrocephalos ad formam capitis naturalem paulatim rediisse scripsit Hippocrates, sic nō dubito quin id figuræ vitium in rectioribus his ossibus violentia produ-

Etum sit aliquando ad figuram na-

tivam redditurum, nisi naturæ

humanæ imbecillitas iam

omnibus comperta

fit repugna-

tura.

B S NON

CALVMNIARVM  
NONAE CALVMNIAE  
DE PVL SIO.



ss A digitorum solida, & cauitatis ac medullæ sensui manifestè expertia, Galenū semper vidisse non dubito, ac eo priores medicos, ob robur scilicet harum partium, quæ nunc sunt caua parūm, & Gal lib. nō nihil medullata ob infirmitatem. Animalibus nanq; imbecillis quadrupedibus, i.v.p. quibus, piscibus, ossa quoq; sunt imbecilla, multiūm laxa, caua, medulloſa: fortibus verò & ferocibus, vt leoni, cani, lupo, pardalis, aquilæ, feroci accipitri, dura sunt & densa, & parum medullæ sortita: quin & leo animalium omnium ferocissimus & fortissimus, ossium omnium medulla ca Hist. lib. rere creditur. Hæc Galenus, comprobans 3. cap. 7. quæ Aristoteles docuit, leoni scilicet ossa tam esse dura & densa, vt attritu ignem silicis modo reddant. Sunt enim omnium animalium maximè solida: ob id nullam omnino habere medullam credūtur: quia eam partim nullam, partim admodū existat. Ibid. 20. quam sunt sortita. Sic igitur ossa digitorum nostrorum majoribus solida fuisse, & nihil omnino vel parum admodum cauitatis

uitatis & medullæ habuisse est intelligen-  
dum , vt nos libro de Ossibus , & annota-  
tione 2. in lib. i. v.p. docuimus.

## DECIMAE CALVMNIAE

## D E P V L S I O.

**O**s sacrum interdum latius Galeno extenditur, vt etiam coccygem comprehendat, vt cum libro 12. de usu partium scribit os sacrum ossibus constare quatuor tribus scilicet propriis, & coccyge, quæ os unum appellat libro de ossibus. Aliquando contrahitur ad eam ipsius partem, quæ reue- ra sacra est, id est magna & lata, quantum scilicet huius cum osse ilium committatur. Nec te conturbet quod coccygem tribus ossibus, interdum quatuor constantem, unius ossis nomine capiat, cum idem ossi sacro, & ossi innominato seu ilium usue- niat: quia haec multum adeo sunt unita, vt os unum appareat. Quin & γένυς αὐτων ογκός οὐτε appellat, cum utraque multis ossibus constet, quibus omnibus nomen hoc singulare comprehendendis impositum est, uti γένυς ογκός ογκονιος suis partibus multis nomen unum est inditum. Nos ea de re- fusiis nostris commentariis in librum Ga-

leni

genuis

leni de ossibus: quem locum qui legerit,  
malignam hanc calumniam esse omnino  
iurabit, nec audiendam iudicabit.

## V N D E C I M A E

## CALVMNIARVM

*Depulsio.*

POPHYSSES ossis sacri posticas spinis respōdentes, & lumborū tam posticas quàm transuersas, sursum magis vergere, quod Galenus scribit, in nostris sceletis est propè perpetuum. Non æquè tamen frequenter spina metaphreni decima est *ἀρρεπής*, & recta, seu nec sursum nec deorsum magis vergens, sed interdum vndecima, sæpius duodecima, ut libro de ossibus abundè docuimus. Hæc cum in ossibus ita habeant omnino ad quem modum Galenus breuissimè & clarissimè scripsit, neq; in his, vt nec in aliis, quicquam à Galeno peccatum sit, quorsum magna libri farrago de ossibus à calumniatore in molem quandam rudem ac indigestam & erroribus plenā congesta est? An hæc artem suapte natura longam, breuiores & dilucidiorem reddiderint? Imo longè obscuriorē, nō modò ob sermonis prolixitatem,

&amp; imp

& impuritatem, solœcismis & aliis innumerabilibus vitiis scatentē, sed ob meras columnias cuius cor habenti, & pio doctoq; lectori intolerabiles solis bipedibus asellis & nomine solo medicis admirabiles. Quibus omnibus in ente precor meliorem, vt Galeno præceptor i suo undequaq; absolutissimo tam sint grati, & benevoli, quām suos discipulos sibi aliquando propitios expectant.

## D V O D E C I M A E

## C A L V M N I A E

Depulsio.



A L E N O quidem clanculum, naturæ verò palam obstrepens est calumniator in ossium sesamoœdew numero, & visu.

Cum enim pauciora quām natura produxit, enumerat, naturæ prouidentiam & artem perfectissimā iniquè tacet: usum verò absurdissimum, & ne idiotis quidem probabilem, dum suopte ingenio confingit, naturę inertiam & stupiditatem affingit, non ferendam medicis naturæ ministris, si modò ij esset, quales eos esse oportet, hoc est, naturæ operum docti admiratores, & pijs patrocinatores, gratijs buccinatores

natores, nec statim ad noua omnia asello-  
rum more aures motitarent, eaq; omnino  
probarent quæ penitus ignorât. Quorum  
hodie maxima turba est in Gallia, Italia,  
Germania, qui anatomicæ rei cum rudes  
sint omnino, ea tamen probant quæ à ca-  
lumniatore scribuntur vniuersa, pro iisq;  
tanquam aris & focis contendunt & depu-  
gnant, cum is lectione dignum vix aliquid  
scripserit, quod non ex Galeno cornicula  
hæc æsopica sit furatus. quæ verò sua scri-  
psit, propè omnia sunt falsa aut absurdâ,  
aut omnino leuissima. Sed sinamus simi-  
les horum asinorum labris suas lactucas:  
ad rem propositâ redeamus. Sesamoædea  
sunt appellata ossicula quod sesamæ semi-  
ni latiusculo, & oblongo figura sunt simi-  
**Libro I.** lia. Ea autem manui vt paucissima & pedi  
**cap. 60.** duodecim tribuit caluniator, vt in totum  
sint octo & quadraginta: quorum tamen  
quædam sunt cartilaginosa. At reuera nu-  
merum tam exiguum in manu non inue-  
nio, nec etiam in pede. Nam in manus  
quatuor digitis intus ad articulos, primos  
quidem bina, alios autem singulos singu-  
la sub tendonibus incumbunt ligamentis  
implexa: quæ omnia sunt sexdecim. Præ-  
terea pollicis articulos primum quidem  
nullum

nullum, secundum autem bina, ultimum  
vnu intus munit. Præter hæc singulis iam  
dictis quatuor digitorum articulis singu-  
la foris saepe insternuntur tendonibus im-  
plexa, duo autem secundo pollicis articu-  
lo sub utroq; scilicet tendone vnum, & ea  
minora quidem & magis cartilaginea, in  
pueris & adolescentibus præsertim. Nam  
grandioribus in ossa magis duratur, & sae-  
pe cum his tendonibus cartilaginis aliquid  
& ossis cui inseruntur, una exciduntur, quod  
imprudenti imponere possit. Sunt igitur  
in manu quæ paucissima, plura quam 12,  
nempe 19. etiam externis non numeratis.  
In pedis autem digitis quinque articulos,  
primos quidem bina, reliquos autem sin-  
gulos singula subtus firmant, ut in manu  
interna, & ea maiores articulos maiora,  
minores minora: ut sint pedi sesamo~~ad~~  
quæ paucissima subtus non duodecim tan-  
tum, sed nouendecim, nam supernè aut  
nulla sunt, aut rara, & ea obscura, quo-  
modo, & primo pollicis manus articulo  
interv nullum, foris rarum & obscurum ad-  
est. Præter hæc maximus pternae, & cy-  
boidis articulum subfirmat, & astragali  
cum scapho~~ad~~, utrumq; in adolescentibus  
& mulieribus diu cartilagineosum, sed am-

plum,

plum, & tendonibus implexū pedem extendentibus, obliquantibus, firmantibus.

**Libro I.** Alibi autem calumniator alium tradidit  
**cap. 28.** horum ossiculorum numerū. nam in manu secūdo pollicis articulo & primo quatuor digitorum gemina tribuit, vnicum verò tertio pollicis articulo, & secundo ac tertio quatuor digitorum, nec semper sed aliquando inesse scribit. Ex quibus colligas licet sesamoidea in manu ut paucissima ab eo statui tantum decem, duo in secundo pollicis articulo, & duo in singulorum quatuor digitorum primo articulo, cùm alia nō omnibus, sed tantum quibusdam adesse dicat. Digitis autē pedum multo pauciora quàm duodecim (quot alibi ut pacissima illis tribuerat) applicat,

**Libro I.** his verbis, In primis digitorum pedis arti-

**cap. 60.** culis ossicula hæc difficulter obseruantur,

**Libro I.** præterquàm in pollice, in cuius articulo

**cap. 28.** primo insignia sunt duo, quorū internum externo longè est grandius, in secūdo autem grande satis ossiculum. In secūdis autem & tertiiis digitorum articulis illa nūquam inueni. Hæc est calumniatoris negligentia & ignorantia quam etiam capit huiusvigesimi octauj initio confitetur, dum alios admonet ut ea inquirāt in pluribus

ribus articulis quam ipse enarrat, quod temporis processu in pluribus articulis obseruentur quam sibi prima fronte occurrerint, Quibus verbis videtur ea tantum semel inquisiuisse, nec tamen omnia inuenisse, quae omnibus adsunt. Hæc de ossium sesamo~~ad~~<sup>en</sup> numero sufficient (quem ablatis prius tendonibus extenteribus, deinde sectis per transuersum articulorum ligamentis, in manu & pede promptius reperies). Nunc ad eorū usum transeo, quem ipse quibusdam dissectionum professoribus proditum scribit, ut articulos implerent, stringerentq;, ac sic minus luxationi obnoxios redderent: qui verus est ossium sesamo~~ad~~<sup>en</sup> us, ut mox probabimus. quem si calumniator fuisset sequutus, reuera rectius fecisset, nec nouum alium omnino absurdissimum & partiū *Li. 1. c. 1.* naturæ repugnantem confinxisset, ne scili *initio.* *cet* digiti nimis laxè moueantur, & ne in angulum nimis acutum flectantur. *Polli. Lib. 2. ca. 48.* ossicula à natura data scribit, ut firmior effet, & ad flexionem in angulum acutissimum pertinax: minora autem sesamo~~ad~~<sup>en</sup> dea primis quatuor digitorū articulis tanto esse, quanto eos articulos in acutum ma-

C gis

gis flecti natura voluit. Egregium verò commentum, & tali calumniatore dignū, tanquam natura hanc flexionem immodecam, quæ huic in acutum nimis angulum dicitur, prohibere non potuerit superciliosissimai in partem internam magis producto. Sed quid quod pollicis manus articuli omnes in angulum obtusum tantum flectūtur, primus autem ossibus sesamoideis substitutus, in angulum omnino obtusissimum? Ad hæc digitorum articulus secundus & tertius ad angulum tantum rectum flecti possunt, ut & primus, cui solitaria sententia ossa insunt sesamoidea flexionem immodicam prohibentia. Nonne primus pollicis & secundus ac tertius quartuor manus digitorum articulus in acutissimum angulum flecti aut debent aut saltem possunt, à nullo sesamoideo osse prohibiti, si horum ossium hic esset usus à natura institutus? Sed quid dicet calumniator de digitis pedum quinque ad flexionem ineptissimis, ad pedis firmitatem aptissimis? An articulis horum quinque digitorum primis ossa subsunt gemina, ne immodecē flectantur, aliis verò articulis etiā flectendis nullum prorsus est à natura datum? Sed magis calumniatorem redarguūt ossa

ossa sesamo~~e~~dea tendonibus digitos manus extendentibus ad singulos articulos implexa. Quæ reuera calumniator non vidit, neque attigit, tametsi eorum duritiem etiam sonoram vngues ipsi facile explorent. Sed brutum hunc homuncionem brutorum bisulcorum testimonio conuin cere magis placet. Cur enim illorum velut digitorum duorum articulo primo ossa sesamo~~e~~dea subsunt quatuor, secundo nullum, tertio vnicum, sed aliis latius, cum tamen hæc animalia istos articulos duos aut nusquā flectant, aut minimum, ut nec secundos? Usus igitur verus ossium sesamo~~e~~deon & molæ & aliorū similiter articulis à natura admotorū unus est, ut scilicet luxationē in qua sunt regione fieri prohibeāt, Sic enim mola, genu articulū parte antica firmat, ne ambulātibus per declivias, aut genu multū flectētibus luxatio in anteriora fiat. Hac etiā fine os amplū pternae cū cybo~~e~~de & astragali cū scapho~~e~~de articulo subnexū, & tēdone colligatū. Hos articulos alioquive hemeter & sēpe laboraturos firmat, & luxari deorsum prohibet. Hac etiā ratione articulis digitorū pedis omnibus, nō tū primis articulis, ossa subsunt sesamo~~e~~dea ligamentis implexa, ut in digito-

C z rum

rum manus internis articulis: ut pes stantibus, & ambulantibus etiā per loca inæqualia & aspera, sit firmior, & ne digitii lapidibus vel re alia quauis altiore velut euersi dum stamus aut ambulamus, promptè lumentur. Qua ex causa articulus primus in bisulcis, quatuor ossiculis infernè firmatur, quod hic pondus animalis tonica flexione sustinet: secundus ceu perpendiculo inter primum & tertium locatus minimum flebitur, multo minus extenditur: tertius autem aliquanto obliquior laboratus erat modice: ob id os sesamo~~des~~ vnicum habuit. Eadem ratione solidipedia animalia articulo pedum primo ossa huiusmodi habent varia, ut flexio sit firma magis, & quæ ab extensione immodica & violenta luxationē prohibeat. Dum namq; veterina huius generis animalia ferunt onera planè grauissima, & per loca ferūtur inæqualia, extensione illa vehementi tendonum internorum promptè vel ipsorum villi rum perentur, vel luxatio huius articuli fieret, nisi ab his ossibus adamantina quædā firmitas accessisset. Quæ etiā digitorum manus articulis internis insunt ossa sesamo~~des~~ dea, eos intrò luxari prohibent dum manum vehemēter extendimus, & ea sic tensa opus

sa opus aliquod validum facimus: qualia sunt quāplurima fartorum placentas complanantium, bibliopolarum libros manubatuentium, ut sint cōpressiores: & aliorū artificum opera quotidiana. Quoniā verò digiti manus vt tensione immodica luxari intrō periclitabātur, nisi eo loci obstaculum natura collocasset os sesamoëdes: sic flexione extrema foras luxari poterant. Id quod nequando contingat, parte externa extendentibus digitos tendonibus similia ossicula, sed minora, & minus dura ac densa, & teneræ ætati adhuc cartilaginosa, & cum vnguis sonora, in ætate iam edita ossea innexuit natura, quòd huius loci externi periculum nec tam frequēs erat, nec tam promptum: quorum extrema flexio vix angulum rectum superat, cum extrema tensio aut nullū foris faciat angulum, aut etiā obtusum in parte digitorum externa, quibusdā digitos sine vlla vi in contrarium euertentibus. Adde quòd ita sunt sita intus in digitorum manus articulis sesamoëdea ossa, vt digitos flectentibus sursum in ligamentum recurrāt, nec amplius sint articulo opposita, ne flexionem extreamam impediant cum necessaria est, vt nec quæ simiæ popliti subsunt, flectūt ipsa plu

C 3 rimūm

rimùm tibiam. Ossa igitur sesamoidea subsunt pedum digitis quinque nouemdecim, & articulis manuum intus insunt totidem, omisis etiam externis rarioribus & obscurioribus. Utilia autem sunt, ne deorsum pedum articuli, introrsum manus in summa & violenta tensione luxentur, & ut firmam magis tensam manum & pedē efficiant. Hac autem ratione sesamoidea inuenies promptissimè. A manu & pede tendones digitum tensores ita excide, ne simul articulorum subiectorum cartilaginiæ auferas, quæ sesamoidea mentiri possint. Sub his tendonibus in manu frequenter, in duris corporibus præsertim, duritiem quandam deprehendas, nunc cartilaginosam, nunc osseam multūm asperam, quæ vnguis confricata strepitum quendam edat. Deinde ligamenta omnium articulorum transuersim secabis ad usque horum faciem interiorem in manu, inferiorem in pede: in qua facie ossa sesamoidea reperies, sed ligamentis quibus implantantur, resectis, velut nonihil retracta sursum, & versus digitorum radices.

## DECIMA ETERTIAE

*calumniæ depulsio.*

**S**I cartilaginibus nihil à Galeno variat calumniator, sed omnina ex Galeno corrasit: tantum addidit tenues quasdam cartilaginiæ quibusdam articulis inditas, ut clavis cum acromio interdum, cum icterno semper, & genæ infernæ cum osse temporali, cubito cum carpo, à Galeno & veteribus aliis non fuisse cōpertæ. Quæ illorum omission & negligentia fuisse non videtur, sed cōiectare liceat maiorum corpora his caruisse, & merito, cum magis imbecillitatem articuli ex maiori volubilitate declarent. Sic enim & brachij cum omoplate articulus quia mobilis plurimum est, si ne tamen hac cartilagine multum est lubricus & luxari paratus, etiam si eum ligamentis validissimis & duabus prælongis omoplatæ apophysibus acromio & coracoide muniuit natura. Quemadmodum nanque si calceo soleam exemptilem ex panno, penicillo, subere, corio vel alia molli materia immittas, etiam si calceo laxius sit assuta, incertam & multum lubricam facit ambulatio-

C 4 nem,

nem, sic hæ cartilagines articulis illis ve-  
lut innatantes, non motuum varietati de-  
stinatae (quem tamen eorum usum com-  
mentus est calumniator, dum à se has pri-  
mùm inuentas falso gloriatur) neq; firmi-  
tudini, ad imbecillitatem motionis perti-  
nere magis cuiquam videre possint. Quæ  
verò cartilagines his nō ita dissimiles crus  
& tibiam intercedūt: quia ligamentis sunt  
firmissimis connexæ, & cavitates tibiæ au-  
gent, motuum robur planè confirmant, vt  
Galenus rectissimè scripsit lib. 3. usus par-  
tium. De ea verò quæ acromion & clavum  
aliquādo intercedit, potest os intelligi me  
moratum Hippocrati libro de articulorū  
luxatione, cuius etiam meminit Gal. tum  
suis in eum librum commentariis, tum li-  
bro de ossibus. Eam autem cartilaginem  
quæ cubito & carpo intercedit in nostris  
corporibus, ne nominat quidem in fine li-  
bri secundi usus partium, nec fuisset homi-  
nibus suæ tempestatis ex eius oratione col-  
ligas licet, qua eam carpi cum cubito arti-  
culationem motus violentos sæpe obitu-  
ram scribit, & ob id naturam eius articuli  
dispathēa admodum solicite prouidisse  
per ligamenta validissima. in qua articu-  
latione si cartilaginem inuenisset, non ta-  
cuisset

cuissest eius vsum, quomodo neque cubiti epiphyscws vsum omisit. Potes etiam has cartilagines ligamentis adiungere, quæ *χονθροσυνθεσμος* vocant. nam quæ in imo cubito est, ipsum carpo & radio firmissime alligat.

D E C I M A E Q V A R T A E  
*calumniæ depulsio.*

**D**e partibus aliis similaribus, ligamētis, membranis, villis, carnibus, glandulis, adipē, medulla, nihil particulatim scripsit calumniator, cum tamen simplex compōsito sit & natura & doctrina prius: sed paſſim cum singulorum occasio aliqua incidit, obiter horum mentionem quandam breuem facit: neque in his, quod sciam, à Galeno dissentit, nisi quod ligamenta ſenſu nunc carere, nunc prædicta esse ſcribit, ignorans quid tandem de re ſibi fit conſtituendum. Sed nos id abunde distinximus capite tertio nostræ *et sagæges anatomicæ*. Præterea causam motus voluntarij, *li. 2. ca. 2.* nunc neruo ipſi, & eius villis (vti oportet) *ad finem* adſcribit: nunc ipſi carni ſimplici villos ipſos munienti assignat, perſuasus eam esse ut in corde, pulmone, ventriculo, he-

C. f pate,

pate liene, renibus, sic in musculo primarium actionis instrumentum. Sed harum partium caro, facultatum quarundam naturalium, & præcipue coctionis (quæ à calido in humido est) causa est, non motuum voluntariorum. Pulmonis enim motus in respirando duplex passius est, ac ab alio fit, nempe thorace, inspiratio quidem fuga vacui, expiratio autem à thoracis compressione. Coctio autem quædam aëris ac præparatio cordi, ab ipsius carne, ut spiritus vitalis nutritio: & calor in eo natiui, à carne cordis esse possit: sed cordis motus à villis est, rectis quidem diastole, transuersis vero systole, & obliquis quies inter hos motus media. Sed donemus quandam horum actionem, ut aliorum prius commemoratorum, ab ipsorum carne proficiisci, non tamen motus voluntarius à carne ipsa propriè dicta efficitur. Nam hic à musculo sit pro nostra voluntate contracto, & simul partem mouēdam suis insertionibus & tendonibus aponeurosis ve cōtrahēte. Caro autem cū sit 'velut sanguis quidā siccatus, (ut docuit Galenus) nec villos habet: nec si habeat, in his firmitatem aliquā obtinet, quæ partem attrahere sufficiat. Ad hæc cum ipsa raro in partes mouendas

*Li. 3. me-  
sico.*

peru

perueniat, & in quas peruenit, villis firma-  
tur neruosis & ligamentosis, quibus solis  
partes eas attrahit, certum est motum vo-  
luntarium à villis ipsis ceu funiculis qui-  
busdam contractis perfici, quibus caro &  
mumentum & firmitatem aliquam præ-  
bet, ac villos ipsos nimis tendi in vehemē-  
ti actione & contrahi prohibet: vti stupræ  
filis intersitæ & intertextæ. Sed in re per-  
spicua testibus & argumentis vtor mini-  
mè necessariis, præsertim cum ipse suum  
errorem agnoscat, & palinodiam canat,  
his verbis. Motus causa nerui ad musculos Lib. 4. ca  
arbitrarij motus instrumenta dispensan- pit. I.  
tur, qui grandes neruos admittunt: quia  
corporis partibus mouendis sunt extructi.  
Quam sententiam ibidem & alibi aliquo  
ties cum veteribus comprobat.

### D E C I M A E Q V I N T A E

*calumniæ depulsio.*



R A E T E R E A Galeno ca-  
lumniam impingit mani-  
festam, quòd partes solas  
esse sanguineas carnem &  
adipem scripserit. Nā lib. I.  
de spermate partes ait sanguineas, vt carnē  
& adipem, posse regnū: spermaticas verò,  
vt cart

ut cartilaginem, ligamētum, membranas, non regnī. Sed hæc exempla sunt, non omnium partium sanguinarum aut spermaticarum enumeratio. Siquidem libro de formatione fœtus, ex sanguine etiā cor & hepar gigni ait. Ex eodem fiunt lien, renes, & siquæ partes aliæ rubent. Quin ex sanguine partes nostras omnes & gigni & nutriti scribit Galenus cōmentario in lib. Hippocratis de natura hominis, quasdam scilicet, ut rubras, primò & per se: alias vero, nempe albas, feminis interuentu. Nam femini origo ex sanguine est, ut pulchrè probat Gal. lib. de semine, & de usu partium, & alibi passim.

## DECIMAE SEXTAE

## CALVMNIÆ

depulsio.



N venis multò plus sapere quam veteres anatomici omnes sibi visus est calūniator: propterea statim ab initio venas à corde nasci contendit, argumētis tam futilibus & falsis, ut vel meminisse pudeat, & multò sit æquius cū medicis veteribus eas ab hepate, quam cum Aristotele à corde ortas fateri. Cui in

in anatome peccanti ignoscendum putat Galenus, quod dereumente ad eam transierit. Portam præterea ex hepatis parte sima nasci, & esse velut radices quasdam cauæ, omnibus est exploratissimum. vti & arteriam venosam in pulmones dispergitæ arteriæ magnæ. Eas autem radices ipsi trunco proximas locari oportebat, vt citius & tutius materiae transflumerentur. Quod profectò non fieret, si à dextro cordis ventriculo ortam reciperemus, cui reuera latus tantum veluti lacerum adaperit caua, & partes eius lateris tanquam laceratas trifariam diuisas in ventriculo dextro insternit. id quod tibi luce meridiana clarus apparebit, si venam in longū per thoracem sectam sanguine expungaueris. Eius enim corpus cōtinuum ascendere ad claves usq; spectabis, nulla in dextrum cordis ventriculum facta totius ceu trunci insertione. Ca uam autem venam ab hepatis gibba parte nasci, demonstratione euidenti Galenus cōuincit libro sexto. Ad hæc oriri medicis est multiplex. Nam hepar à vena umbilica, & nasci & gigni in utero à Galeno probatur libro de formatione fœtus; & venæ omnes ab hepatæ nascuntur (umbilica enim formato fœtu non amplius hepatis origo est,

est, nato autem vena esse desiit, & vena arteriosa simpliciter vena non est, sed arteriosa est) quod in eo ceu terra quadam infixæ ab eo vim quandam sanguificationis mutuantur, & sanguinem ab eo in corpus vniuersum distribuunt, non quod plantæ modo ab hæpate germinent, deinde paulatim aucte tandem in partes ferantur. Nam tota simul & vena, & arteria, & neruus, & membrana, & ligamentum, & cartilago, & os, &c generari videntur, postea tamē per nutritionem augeri usque ad iustum incrementum: quamuis eorum quædam, ut ossa, initio propter largam humiditatē mucō cuidam similem magis habent substantiam, deinde cartilagini, donec tempore tandem à calore nativo siccata duritie in hanc lapideam assequantur. Ad hæc ramos insignes hepatis gibbæ frequenter tres affixos cernas, alias plures, alias pauciores, sed minores, parti eius posticæ qui eius cauæ ceu radices quædam videri possint, per quas ipsa caua sanguinem & recipiat & trahat. Non enim quomodo plantarum radices in unū simul truncū, si vnicaulis sunt, omnes coeunt: ita hæc in cauam colligantur, sed ibi quoque, ut in thorace prius, secta in longum caua, velut continuū quod-dam

dam corpus ab osse sacro ad claves repræsentat. Vnde forsitan & occasio quædam controversiae de ortu venæ cauæ profici-scitur. Sed id haud ita magni sit momenti, modò in hepate sanguinem genitum in cæuam emitti, & ab hac in cor, & cæteras corporis partes recipiamus. De hac tamen cōtrouersia iterum pauca quædam huc pertinentia scribimus nostris annotationibus in libro 16. vsus partium. Quod si quis omnium harum velut radicum circunferentias simul iungat, & exploret an huic venæ cauæ principium æquent, certius erit iudicium, ac etiam si flatu distendat à lumbis ad claves, aut etiam si dissecata totam dimetiatur, aliquid inueniet quod hanc vel illam opinionem vel minuat, vel confirmet, sed non multum cum differentia amplitudinis. Venæ cauitas tam sit locis illis exigua, vt sensu ægrè deprehendi queat, si modò demas quantum

eius in venam azygon, coto-narias, phrenicas est

absumptum.

**D E C I**

## DECIMAE SEPTIMAE

*calumniæ depulsio.*

**I**N maiorum corporibus thoracem prælōgum, quia sternon ossibus septem omnino constabat, sortitis, vena octo costas thoracis inferiores nutriendis  $\alpha\beta\gamma\delta$  dicta, à caua vbi primū dextrum cordis ventriculum attigit nata semper Galeno est obseruata, ut scribit libro quinto locorum affectorū capite secundo, & ter initio libri secundi de ratione victus in morbis acutis, & libro sexto usus partium in fine. Nostris autem hominibus ex corrupta sterni longitudine, ut est prius probatum, prior quoque azygi venæ origo statione relicta nūc cor ipsum transiliit, sed loco & interuallo maximè inconstanti, ut nunc paulò, nunc multò sit corde superior; ut interim figuræ ipsius & magnitudinis & apophyseōn inconstantiā quoq; maximam omittam. Nam interdum ex suo truncō ramos vtrinque in spacia intercostalia dispergitur, interdū dimidio sui in latus spondylorū sinistrum transmisso, velut alterum ei latere truncū & ab eo ramos in eius lateris spacia dimittit, idque modis admodum variis. Ad hæc ea tum minor est, cum intercostalis superior est vtraq; maior, & in plura distri-

distribuitur spacia. Si alterutra tantū grā-  
descat, paulū azygos minuitur, quemadmo-  
dum & dū à caua sub renalibus ramus me-  
diocris in eam cessat, quem flatus azygi in  
eum ramū, aut rami in azygon erūpēs de-  
clarat. Nec in hoc est Galeni peccatū, sed  
naturæ in nobis mutatio ex cælo, solo, vi-  
etu profecta: de qua fusius episto. in nostrā  
~~asagngē~~ anatomicā egimus: vt neminē ho-  
die mirari oporteat, si in corporibus tēpe-  
statis huius abundant quædā, desiderentur  
etiam aliqua eorū quæ à maioribus anato-  
micis obseruata sunt. Nec se huius animad-  
uersionis autorē iactet calūniator. Nam &  
idem pleriq; omnes ab hinc annis aliquot  
& pernouerūt, & si anatomica scripserint,  
cōmemorauerūt, vt Nicolaus Massa Vene-  
tus abhinc annis 16. hic tamē solus pro azy-  
go ramos à caua duos in costas nouē infe-  
riores producit: duas quoq; habuit, vnā ab  
aure dextra, alterā inferiorē à caua cordi  
adaperta. Antonius Massa chirurgus Par-  
rhisiēsis planè doctissimus, & in arte corpo-  
ra secādi exercitatisimus, magno omniū  
medicinę studiosorū plāctu his diebus pau-  
cis mortuus. Causam tamē huius dissensio-  
nis nemo, quod sciā, attigit. Nā Gal. voluif-  
se Hippoc. cōsentire hac in ~~re~~ potius quā

D illi

illi repugnare, commentum mihi videtur, cum locis aliis omnibus eandem retineat sententiā, nec ita fuerit additus Hippocrati (cui tamē tā fuit addictus, vt testetur ab Hippoc. scriptū fuisse perperā nihil) vt veritati dogma Hippocratis vnquā prætulerit: vt suis in Hippo. cōmentariis sēpe palā declarauit. Placet autē magis probabilem hanc rationē nostram de sterni breuitate azygon transmutante sequi, quām in præceptores tam absolutos impiē & arroganter & petulanter debacchari.

DECIMAE OCTAVAE CALVMNIAE DE  
pulsio.



Vena caua propagines in ventriculum, lienem, intestinā, epiploon, Galenū distribuere scribit calūniator, in singularum harum partiū anatome identidem hoc inculcans: sed calumniam ex profundissima ipsius ignorantia profectam mox cognoscet lector candidus, si patientem doctrinæ commōdet aurem. Galenus initio libri de anatome venarū simiæ, à vena magna quæ ad hæpatis portas est, ramos septem in ventriculum, lienem, inte-

intestina, epiploon, bellissimè distribuit,  
vbi sexies τὴν φλέβα μεγάλην, id est venam  
magnam, etiam bis adiecta declaratione,  
τὴν πρὸς τὰς πύλας, id est, quæ ad portas,  
appellat, venam portam & portæ no-  
bis vulgo nominatam (quid verò ἡ πύλας  
nomen hac loco significet, docet Galen.  
initio libr.5. usus partium) Venam autem  
cauam ibidem τὴν φλέβα μεγίστην, id est  
venā maximā vocat, & ποιλίην, id est cauā,  
& ἐπατίτην, id est hepaticam, ut illam ma-  
gnam interdum τύλας, interdum στελέχε-  
αιαν, quod sit στελέχει, id est trunco cūdam  
plantæ similis. Cui στελέχει etiam arteriā  
ἀόρτην eodem libro comparat: venam ve-  
rò cauam τῶν πρέμνων, id est caudici. Porrò Lib.6.  
de στελέχεαιαν sic Galenus, Quæ per ventrē loc. aff. c.  
expelluntur, causam habent aliam raram 4. in fine.  
ex anatomie apparentem. Nam vena caua, Lib.6. ad  
interueniente τῇ στελέχεαιᾳ παλαιολύκῃ sibi mi-  
adaptata id efficit. In iecore vena ad por-  
tani sita, à recentioribus anatomicis στελέ-  
χεαιαν dicitur, quod aliarum veluti caudex,  
quidā sit, earū scilicet quæ folliculo fellis,  
vētriculo, lieni, intestinis, epiploo distribu-  
untur, vel earum quæ sunt in sima, ut libro  
de formatione fœtus, vel aliarū à gibba or-  
tarum, ut paulò antè libro eodē scribebat.

ἴωπολῆς καὶ σελεχεῖαι, vnde omnes aliæ vē  
næ sanguineis ac pedestribus animalibus  
procedūt. Eadem quoq; porta intelligitur  
Galen scribenti ibidem: Vena quædā ex  
iecore pertinet ad lienem , &c. Magnam  
quoq; venam quæ ad portas est, vocat Ga-  
lenus lib.vj.administr. maximam verò ca-  
uam appellat libro decimosexto vſus par-  
tium ad finem. Venā item maximam ex  
gibbis hepatis natā scribit Galenus libro  
quinto vſus partium. Quanquam & venæ  
huius maximæ ramos insigues , vt qui in  
thymo primi fiunt, & qui ad os sacrum, ve-  
nas etiam magnas vocet Galenus in anato-  
me venarū. Et hac de causa venam cauam  
possis vocare magnam, & σελεχεῖαι: & ar-  
teriam quoq; aortā appellare σελεχεῖαι:  
tamen ex consueta doctis vocum signifi-  
catione omnia sunt interpretanda, nō pro  
Lib.3. cuiusq; arbitrio. Maxima autem vena vel  
*admi.* arteria, maximus neruis ab anatomicis vo-  
catur, non à longitudine, sed maximo cir-  
culo, hoc est, crassissima, amplissima, capa-  
cissima. At verò stupidam calumniatoris  
ignorantiam, & natam ex ea hanc calum-  
niām clarius cognosces, si in cauæ venæ di-  
uisionibus omnibus à Galeno descriptis,  
nunquā Galenum alicuius ramuli à vena  
caua

caua distributi in ventriculum, lienem, intestina, epiploon, meminisse deprehendes: imo omnes venas quæ per intestina, ventriculum, lienem, epiploon intercurrunt, ad hepatis portas porrigi scribit libro sexto administ. & distributionem venarum omnium in intestina, ventriculum, lienem, epiploon, à vena vnica quæ ad portas hepatis oritur, affirmat in fine libri x v. j. usus partium. Ex his luce meridiana clarius intelligit lector, quantum ignorantia etiam rei grammaticæ, & iudicandi celeritas calumniatorem à veritate auersum infatuauerit, dum in Galeno venam magnā interpretatur cauam, cum sit intelligenda, ut demonstravi, vena porta, à qua sola, non à maxima seu caua, venæ in ventriculum, lienem, intestina, epiploon, distribuuntur. Hæc si elegerit ac intellexerit calumniator, certò scio ignorantiae suæ & arrogantiæ ac impietatis conscius, præ pudore in tenebras aliquas secedet, ne digito etiam ab idiotis monstretur, & calumniarum fabricatur clamor: aut peccatum hoc calumniandi in præceptore tam pium, tam doctum, tam suorum studiosum, agnoscat, ac palinodiā scripto libello aliquo canet: ac veniā supplex

D 3 imp

implorabit à præceptoribus quorum numina læsit, & ab his quos falsa eruditione corruptit: postremò etiam à Syluio, cuius consilium tacendi potius quam falsa scribendi antea neglexerit, & cuius horas bonas non paucas studiis melioribus debitas, in suam farraginem intelligendam & refutandam traxerit, magno & animi & valetudinis dispendio. Quæ cætera in vénis huic sunt cuim Galeno controuersa, & pati cissima sunt, & leuiora quam quæ coargui aut componi debeant, præterquam quod ramum à splenicæ iam lienem tangentis ramo, nunc summo, nunc illi proximo ad ventriculi latus sinistrum efferri, & ad usq; eius os ascendere pernegat calumniator, Lib. 4. per quem Galenus humoris melancholici aliquid ex liene reliquum ad os ventriculi excerni ad excitandam suo sapore acerbo & acido appetentiā scripsit. Hunc quoque ramū tiam calami scriptorij, & inter dū parui digiti magnitudine conspeximus in mulieribus præcipue. Huius rami beneficio fit, ut quartanarij hunc amplum sortiti, vomitibus aut spontinis aut etiam medicis antè & post accessionem præsertim declinante morbo multum iuuentur. Idem quoque ramus causa esse videtur cur in quar

In quartanis non lien solus afficiatur , sed etiam os ventriculi . Nec totæ lienis reliquæ in hunc ramū expelluntur , sed plures in alterum ramum ab infima splenicae sobole enatum , & per omentum in sedis hæmorrhoidas quibusdam descendenter . Ad hæc per splenicam multum versus simam hepatis recurrit , quod à mesenteria vena exceptum in intestina excernitur . Qua ex causa rectè Galenus scribit *meth. & libr. 2. ad Glaucōnem.*

## D E C I M A E N O N A E

C A L V M N I A E

*depulsiō.*

**D**e arteriis omnia proptermodū ex Galeno mutuatus est calūniator , ut idem statuas de cæteris omnibus ab eo scriptis quæ legi digna sunt , nisi quòd paucula quædam & eadem leuissima , scrupulose magis quam vtiliter conquisiuit , quibus ut suis sese iactat *πλεγματα* autem *διηγματα* à Galeno , & veteribus descriptum in usus maximos à natura factum , esse omnino in homine nullum , sed in bubus , &

D 4 bruc

brutis quibusdā aliis affirmat calumniator, cum id hodie tam verum appareat omnibus, quām maiorum nostrorum seculo visum fuit. Id autem vbinam sit, & qualēnam sit, & qua ratione inueniri queat, paucis explicabimus. Arteria carotis præcipuavbi per obliquum valde foramen in osse lapidoso exculptū intra cranium penetravit, in duos abit ramos planè conspicuos. iij deinde in alios atq; alios sibi mutuò retium in aream proiectorum modo instratos: qui tandem omnes in vnam redeunt, quæ crassa meninge pertusa in cerebrum & eius membranas ramosissimè distribuitur, dextra vna, & sinistravna prope neruos opticos emicans. Hic autem arteriarum implexus est sub crassa meninge quā nerui tertiiæ descendunt, & in duas partes diuiduntur ad latera apophyseon clinoidewm in osse sphenoide. Sæpe etiā glandulam pituitariam attingit parte posteriori, est quādo ambit, aliquando etiam ad contactum exorientis rhachitidis extenditur. Deprehēdes verò secta eo loco meninge crassa neruum tertiiæ & longum tegente. Prætereà si carotidem in collo inflaueris, id rete cum flatu subsultare aspicies, & sanguinem ex his arteriis si vulneratæ

ratæ sint, eodem flatu velut expui, & simul ex eo ramo in cranij capacitatem erumpente, in quem hæ tandem coëunt. Idem explorabis rectè, si eundem ramum tubulo inflaueris. Nam & strata hæc ramulorum moueri, & flatum cum sanguine mistum per vulnus reddere cernes, & eius flatu aliquid in arteriam carotidē emitti. Quod si ferris falcatis ossa temporum deinde lapidosa prudenter secueris, arteriā carotidem totā cum suis omnibus his ramis à cranio eximes, ac spectandam exhibebis. Huius retiformis plexus utilitatem omnino maximā ex Galeno repeate. Hanc partem qui in homine factā à natura negat, nōnne Gigantum more cum diis pugnat, hoc est naturæ repugnat, eiq; obstrebit indignissimè? Alius est contextus retiformis supra crassam meningem, prope neruos opticos ex venis, & arteriis cōpli-catus, etiam calumniatori receptus, & vel pueris perspicuus. Verūm autem plexum retiformem quo dixi modo qui inquiret, mox inueniet, quibusdam maiorē tamen, aliis minorem: & calumniatoris stupidam ignorantiam & impiam naturę accusatiō-nem damnabit. De foramine arteriæ magna per diaphragma prope œsophagum,

D 5 agin

agimus abundè nostris annotationibus in  
libros de vſu partium.

V I G E S I M A E  
C A L V M N I A E  
depulſio.

Libro 8.  
v.p.



A L E N I placitum negat reci-  
piendum calumniator de ol-  
factus instrumento in ventri-  
bus anterioribus collocando,  
cūm olfactus instrumentū verius esse exi-  
stimet cerebri processus duos molles al-  
bos, qui prope opticos neroſ nati, & te-  
nui meninge quadantenus deducti ad fo-  
ramina ethmoœdea feruntur. Quos neruo  
forma & colore ſimiles Herophilus, &  
Galenus netuis ob id non accenſent, quia  
meninge crassa, & cranio, vt nerui veri,  
non excidunt. Sed idem eſt Galeni iudi-  
cium libro de instrumento olfactus, dicē-  
tis, Duæ ſunt cerebri apophyses cauæ ex  
eius ventriculis anterioribus ortæ, descen-  
dentes autem in eam cranij partem, vnde  
nasus enascitur. Hæ autem ſunt instrumen-  
ta olfactus. Tamē etiam eodem libro ad-  
dit, Sensem olfactus credimus ſitum eſſe  
in ventribus cerebri anterioribus. vt ſint  
ventres ipsi ſedes præcipua olfaciendi: ſed  
ipsæ

ipsæ apophyses ventribus ipsis continuæ,  
& foraminibus ethmoædibus, veluti viæ  
sint quædam vaporum odoriferorum ad  
ventres ipsos deferendorū. Sic enim mihi  
facile & rectè loca illa Galeni posse con-  
ciliari videntur. Massa has apophyses etiā  
in nares educit, & neruos appellat.

## V I G E S I M A E P R I M A E

## C A L V M N I A E

depulsio.<sup>1</sup>

A L E N O & veteribus ana-  
tomicis, neruorum à cere-  
bro natorum paria tātū  
septem numerātur: sed di-  
lignantius obseruanti, plura  
videri queunt. Tertium enim par verius  
est duplex. Nam ad quinti paris radicem  
vnum aliud par veteribus incognitum ait  
calumniator sui libri 4. initio. Sed hoc &  
Galenus prior illo cognouit & descripsit,  
& id nunc secundo pari maritat, quod per  
idem longum foramen cranio excidant:  
nunc tertio, vt cum quo aliquandiu per  
cerebri basin sub crassa meninge feratur.  
Nam libro nono usus partium ita scribit, “  
Foramen neruorum oculi motorum, seu “  
paris secundi, angustum est, sed necessariò “  
prælong

,, prælongum: quia neruos duos mutuo sese  
,, subsequentes continere debebat. Est enim  
,, vterque eorum (vt verum dicam) multi-  
,, plex: sed in præsentia, vt dilucidior sit no-  
,, stra expositio, dicamus licet vnum eorum  
,, esse qui in oculorum musculos diuiditur,  
,, alterum autem eum qui ad superiorē ge-  
,, nam peruenit, quiq; simul cum altero ex-  
,, cedit per dictum foramen: sed cum ad o-  
,, culorum cauitatem peruenit, cortice ossis  
,, & squamma tenui tectus, rectā ad nuncu-  
,, patum malum fertur: perforatisq; rursus  
,, ibi ossibus quæ sunt sub oculis, ad genam  
,, supernam diuiditur, osse malorum emi-  
,, nenti munitus. hæc Galenus. Quibus ver-  
bis nerū longum (sic enim appellandum  
censeo, vt ab altero secernatur) per mea-  
tum sub oculo inter squammosa ipsius os-  
sa descendenter nouisse planè compro-

Lib. 9.v. batur. Cuius hæc maxima & principalissi-  
p. multò ma portio, ac situ infima propagines di-  
pōst. distribuit in omnes ferè partes quæ sunt se-  
cundum supernā genam, & dentes ipsius  
omnes & gingiuas & cilia. Alias quoque  
nerui longi propagines tres supernam in-  
ternam & externam commemoravit. Su-  
pernam quidem libro nonovsus partium,  
aliquot foliis post prædictam orationem.

A' ner

A' neruis qui ex regione oculorū ad musculos temporales ascendunt, & cilia, & quæ circa supercilia sunt partes, & frons tota neruos recipit. Vbi etiam obiter membrinit propaginis externæ in musculos temporales distributæ: cuius antè multò meminerat his verbis. Ab his neruis productio, ad musculos temporales pertinet, per ossa temporum excidens. Quanquam per hos neruos tertiam coniugationē intelligere possis. Nam & ab hac, & à longa, & à quinta nerui in hos temporales musculos distribuuntur. Et paulo antè & longi paris, & tertij mentionem fecerat. Supereft interna propago longi nerui, de qua sic libro non ovsus partium. Tunicam quæ nates intus subcingit, eius neruorum portionis quæ ad oculorū cavitatem fertur, esse participem dicebamus. Horum autem via hæc est. In maioribus vtriusque oculi canthis, ossis est foramen narium capacitati & oculis cōmune, per quod fertur neruus haud exiguius ab oculorum cavitate enatus: mox vbi in eam nerui teretiæ coniugationis peruenerunt, Vbi tertiam coniugationem vocare videtur longam, nisi malumus hanc vtranq; intra cranium nonnihil misceri, & propterea horum

,, rum propagines esse ambiguas. Nam pau  
,, lo ante scripserat: gingiuæ & dentes om-  
,, nes, & tota cutis faciei, & tunica narium  
,, partem internam subcingens, à tertia ner-  
,, uorum coniugatione propagines recipiūt  
,, per eam viam quæ per genam fert. Et li-  
,, bro vndecimo usus partium, Nervorum  
,, principium omnibus faciei musculis, ter-  
,, tia est nervorū à cerebro proficiscentium  
,, coniugatio. Et libello de nervorum ana-  
,, tome: A' tertia coniugatione surculū pri-  
,, mum in musculos temporales cum surcu-  
,, lis quintæ cōmīstum transmittit, alterum  
,, in musculos temporales, masseteras, & eos  
,, qui ex gena superna oriuntur, & gingi-  
,, uas, dentes, cutim faciei, tertium in dentes,  
,, & gingiuas genæ infernæ, quartū & præ-  
,, cipuum in linguæ tunicam. Quæ omnia  
indicant & comprobant Galenū nec igno-  
rantiæ horum nervorum longorum, nec  
negligentiæ insimulādum fuisse. Desinat  
igitur calumniator aliorū inuentis vt suis  
gloriari, & se plumis alienis venditare, a-  
gnoscaturq; miserum esse famæ alterius in-  
niti, ne collapsa ruant subductis tecta co-  
lumnis: cognoscaturq; tādem quām se præ-  
beat omnibus ridendum, ubi iam furtivis  
coloribus est denudatus. In nervis quoq;  
reliq

reliquis cum Galeno consentit calumniator, vt ex cuius fontibus omnia hauserit, sed turbulēta magis reddiderit. Quis enim longam in calumniatoris farragine verbositatem de nervis recurrentibus patiēter audiat, cum eorum distributionē planè diuinam à natura iusta, prudente, artificiosa factam, elegantissimè & planissimè à Galeno aliquoties explicatam, magna animi voluptate audiuerit? Ad hæc Libro de quos quatuor nervos à lumbis, & osse sacro in crus distribui scribit calumniator, lib. 1. loc. primum super paruum trochantira delatum, secundum per inguen cum crurali tum vena, tum arteria, tertium per foramen ossis pubis, quartum longè omnium crassissimum, per simium magnum inter coccygem, & os ilium. Galenus ad tres reducit tertio commentario in librum *de Nervis*, his verbis: Nervorum in crure principia sunt tria, unum in priori parte iuxta magnum foramen ossis pubis subiectum. Alterum ad inguina, ubi nervus fertur, & cum magna vena & absq; ipsa à parte cruris anteriore. & hæc duo parua sunt. Maximum autem nervorum principium a posteriori parte fertur ad crus uniuersum, primumq; procedit ab ea regione qua est inter

VIGESIMA E SECUND AĒ  
CALVMNIAE  
depulsio.

N musculis quamplurimis calumniator à Galeno dissentit : sed quām iniquè, passim ostendimus nostris annotationibus in libr. de vsu partium. Has verò eius calumnias hoc loco amoliri, & longum esset & obscurū, propter longam & obscurā muscularum historiam. Magnam præterea partem falsarum huius accusationum dilues, si intellexeris libros de vsu partium, hominis esse solius : & libros administrationum , in simia sola à Galeno scriptos : ut locis aliquot ex Galeni administrationibus & vsibus partium probbo, annotationevna in librum primum harum administrationū. Quanquam sæpe in libris de vsu partium corporis humani, simiæ obiter, & aliorū quorundam animalium homini quadam tenus similium mentionem faciat Galenus, & contrà , hominis sæpe meminit in administrationibus. Nam homo, & simia homini simillima , plurima habent commun

munia: plurima etiam animal vtrunque propria obtinet. Malè igitur calumniator omnia de musculis simiæ in administratio nibus anatomicis & libro de muscularum anatome à Galeno scripta, homini tribuēda putat. In qua controversia se miris mo- Lib. 2. ca-  
dis distorquet, & Galeno impotenter ob- put. 58.  
strepit, ut dum scripta in secundo admini-  
strationum de cruris musculis, cū scriptis lib. 3. usus partium comparat. Quo etiam loco male Galeno tribuit, quod simiam ab homine duntaxat in pedis digitorum diductu differre, quod scilicet simia lon-  
giores & magis discretos digitos quam ho-  
mo habeat, scripsit. Id enim nusquam Galenus scripsit, & plurimas alias simiæ & hominis differentias aperte libris suis ana-  
tomicis expressit: quas in unum caput aliquando colligimus. Ex his quoq; differen-  
tiis unam hic explicat calumniator, quod in simia musculus plantaris suo tendone per sinum in pterna postica exculptum, toto in plantam pedis subtendatur: in ho-  
mine lateri interno pternae totus inseratur, nec in plantæ cutim transeat, sed eius loco ligamentum crassum ex pterna or-  
tum. Sed cur titulum eidem capiti præ-  
ponit, De latescente tendine cuti plantæ

E subnato?

subnato? Si enim homini deest, nulla hu-  
ius tituli vtilitas est, nisi excuset secundum  
Galeni sententiam id accipiendum. Sed  
reuera hic tendo plantæ subnascitur, vt pal-  
maris musculi tendo palmae: & cum mu-  
sculus & tendo desunt, ex vicinis ligamen-  
tis & tendonibus suffici tendo solet, vt in  
manu, sic in pede. Hunc namq; plantarum  
tendonem circa medium suram in cutim  
absorberi vidiimus, ita vt postea non com-  
pareret, sed cum ea ad plantæ cutim occul-  
tus descendebat. Quoties autem tendo hic  
ad pternā usq; descendit (id quod illi pro-  
pè est perpetuum) circa eius partem posti-  
cam diuisus, per utrūq; pternæ latus mem-  
branis & ligamentis & adipe auctus ita ei-  
illigatur, vt illic cessare videatur. Si tamen  
prudenter & manu docta dissicias, eius ten-  
donis villos in plantam ipsam penetrare  
deprehendes, & eius usum esse omnino  
eundem, qui palmæ est à palmari. Quan-  
quam & per illa ligamenta, & membranas  
& cutim plantæ, pedem videatur extende-  
re hic tendo, sed id languide admodū, cum  
& minimus sit, nec in pternam insertus,  
nec in hanc actionem à natura compara-  
tus. Ob id male musculum hunc & tendo-  
nem soli pedis extensioni destinat calum-  
niator,

niator, cum eā actionem tendo alias longē omnium robustissimus ex gemellis & foleo productus efficiat, & præter hunc peroneus, & pedis digitum flexor, magnus vterque, uno tendone per plantam pedis contra se inuicem obliquante. Quibus qui minimum hunc tendonem tanquam adiutoriū accenset, perinde facit ac si gigantibus maximis & robustissimis pygmæum quendam spithameum adiungat.

V I G E S I M A E T E R T I A E  
*columniæ depulſio.*



C C V S A N D V S etiam à calūniatore non est inscientiæ aut inconstantiæ Galenus, si octo muscularum epigastrij ordinē aliquoties ratione optima mutauit. Nam libro 6. methodi, & libro 5. administratiōnum, ordine naturæ eos describit, primos scilicet obliquos descendentes, secundos obliquos ascendentes, tertios rectos, quartos & postremos transuersos: libro autem quinto capit. 6. locorum affectorum, primos recenset rectos: quanquam prius nō appelleat, ut clarius explicaret reliquos tres ordine legitimo descriptos, ad rectorum contactum in aponeuroses degenerare.

E 2 rare.

rare. Libro item quinto de vsu partium  
rectos etiam primos describit, quorū col-  
latione transuersi primū, deinde obli-  
qui ex angulorum cū rectis musculis va-  
rietate appellantur, vt libro secundo sani-  
tatis tuendæ de frictionum differētiis do-  
cet Galenus. Rectū enim natura & dignita-  
te prius est trāuerso, & transuersum obli-  
quo. Transuersum enim est quod recto est  
contrarium, vel quod rectum secat ad an-  
gulos rectos æquales, obliquum verò est  
quod recti transuersiq; planè est medium:  
vel quod, rectum secat ad angulos inæqua-  
les, vnum acutum, alterum obtusum. Vide  
tis auditores quanta carpendi præceptorē,  
& culpa vacantem, imo amplissima gloria  
dignissimum, libidine pruriat calumnia-  
tor, dignus meo iudicio mitti Anticyram,  
vt hac rabie tandem discussa, quātum à ve-  
ritate totus aberret cognoscat. Det illi  
deus mentem meliorem, & iis qui igno-  
rantiæ ipsius ac arrogantiæ patrocinan-  
tur. Depulsis iam aliquot insignioribus  
calumniis ignorantissimè & iniquissimè  
in Galenum effusis à calumniatore, & his  
circa hominis partes tum similares, tum  
similaribus proximas, venas, arterias, ner-  
uos, musculos, iam libet alias paucas per-  
string

stringere de partibus ventris inferioris,  
thoracis, & cerebri.

V I G E S I M A E Q V A R T A E  
*calumniae depulso.*

**V**ENTRICVLI fundum crassius & carnosius ad coctionis virtutem deprehēditur visu & tactu facta sectione in recenti & siccato. Quod à Galeno rectè scriptum pernegat calumniator. Non tamē magnus est excessus, nisi tunicam ventriculi tertiam à peritonæo crassissimam supernè, auferas: sed quantus est peritonæo, ad lumbos supra eius portionem quæ ad vētrem medium pertinet, aut eidem peritonæo viorum superno, & mulierum inferno, supra illis infernum, his supernum, non quantus est multis quadrupedibus. Eadem ex causa, ad coctionis scilicet perfectionem, fundum ventriculi quibusdam hominibus est obesius. Nullas autem venas ventriculo à caua tribuere Galenum, vti nec spleni, nec epipleo, nec intestinis, vt falsissimè commentus est calumniator, sed omnes à porta, prius abundè ostendimus: & venam à splenicè superno rāmo aut ei proximo ad ventriculi os extendi, suprà quoque con-

E 3 tra

tra calumniatoris sententiam probauimus. Quod autem pylorum in parte ventriculi infernè locat Galenus, reprehendit calumniator, quia cibi (inquit) ante iustum coctionem pessum ruerent. Sed Galeno statuitur in parte inferna, non superna, sed nec infima, quæ alimentorū effluxui esset opportunior. In qua tamen parte infima si esset pylorus, cibus potus crudus nō magis suo pondere delaberetur, contra calumniatoris opinionem, quām fœtus ex utero cuius os infimum est: sed nec sanguis à partibus supernis in ipsas infernas continenter aut totus defertur. Imo in ventriculo, utero, venis facultas retentrix villorum præcipue obliquorum robusta, id quod familiare est, ut in partibus cæteris etiam villos non habentibus, retinet adiuvantibus tamen quibusdam membranarum epiphysibus quæ insunt iugularibus, cauæ ad cor & hepar, & cruralibus. Retentionem quoque uteri, rugæ oris ipsius iuant, & callosa quædam in eo substantia, & materia quædam lenta adipi crasso similis os intus obstruens. Ventriculi vero retentionem firmat pylori crassities insignis, non autem glandula, ut Galeno perperam affingit calumniator. Pyloro enim quor

quorundam animalium, ut canum, glandulam tribuit Galenus lib. 4. vs. partium: homini non tribuit.

## V I G E S I M A E Q V I N T A E

## C A L V M N I A E

*depulsio.*

**V**I intestinum tenuē definit, illinc ad dexteram quidem cœcum, ad sinistram verò cœlon Lib. 4. emergit Galeno. Id quod etiā de v.p.

hodie in omnibus appetet, contra calumniatoris sententiam putantis intestinum esse cæcum, graciliē quandam cæci intestini epiphysin & prælongam, & eam nūc inanem nunc plenam seroso quodam humore aut stercore. Cuius epiphysēscum nulla mentio, quod sciam, apud veteres legatur, suspicio est eam intestino cæco accreuisse, vel intestini cæci portionem in hanc degenerasse. Est tamen præter hanc & intestinum cæcum quale Galenus descripsit, sed aliquanto breuius quam porco aut cani: cui tamen οὐλας id est crassa intestina, similia hominē habere, sed maiora, scribit Hippocrates: quinetiam τοῦ ἐντέρου,

E 4 id est

id est intestini nomine *colon* aut *cæcum*,  
scilicet ob vtriusque magnitudinem insig-  
nem, intelligi scribit Galenus initio com-  
*Lib. 6.* mentarij quarti in lib. 6. *Evide.* Hanc verò  
*Epid.* epiphysin solam vocare intestinum *cæ-*  
*cum*, & quod Galenus *cæcum* vocauit, *colli*  
principium constituere, quod calumniato-  
ri placet, nō probo, quòd ea nominis usur-  
patio sit contra veterum authoritatem, &  
veritatem cōficta. Huc pertinet quòd Ni-  
colaus Massa Venetus annis abhinc sexde-  
cim scripsit *cæcum* se vidisse ventriculo  
maiis, sēpe tamē minus, & planè medio-  
cre, & vtrunque sine hac epiphysi: quam  
tunc adesse soluum scribit, quando *cæcum*  
tam est paruum, vi *colli* pars videri possit.  
Si igitur *κωλα* homo habet qualia canes,  
sed maiora, vt Hippocrates verè scripsit,  
*cæcum* autem vnum ex colis est cani præ-  
longum, sed intortum, at æquabile tamē,  
*cæci* forma hominibus olim fuit vni-  
formis, nō partim ampla, partim angusta, qua-  
lis hodie est quam plurimis. *Colon* autem  
speciatim dictū canis habet etiā *cæco* bre-  
uius, nec recto nec etiā aliis capacius: vt sit  
suspicio id quoq; canibus mutatum, aut in  
Hippocrate v̄t non n̄r̄s legendum.

VIG

## VIGESIMA E SEXTAE

*calumniae depulsio.*

O B O R V M hepatis numerus non est vnuſ in ſingulis anima lium generibus, quia ventricu li figura & magnitudo non eſt omnibus eadem, vt ſcribit recte Galenus lib. 4. viſus partium, & lib. 6. administra. his verbis. Hepatis lobī pares numero non ſunt in cunctis animalium generibus, aut ſpeciebus, neque magnitudine æquales. Nam gulosis ac timidis animalibus hepar maius eſt, & in plures maioresq; lobos firſum, quam hominibus. Quanquam nec iſpſis hominibus eſt omnibus eadem hepatis magnitudo, & loborum multitudo. Hepar enim humānum (inquit Herophilus) ſi ad alia quædam animalia conferas, magnum eſt admodum, & quibusdam ne lobos quidem habet, ſed ex toto rotundum eſt: quibusdam duos. In aliis plures, in mul tis & quatuor obtinet. Hæc Galenus. Quin & Hippocrates lobos hepatis humāni quinque cōnumerat libro ſuo de ossibus, Rufus autem quatuor aut quinque. Ma lè ergo calumniator hepati humano omni lobos pernegat, & malè lobum omni-

E s no diff

no diffissum, & iam inde ab sua radice circumscripsum definit contra veterum omnium sententiam, cum ne canino quidem hepati (cui plures lobos tamen tribuit) tales omnino sint, quanquam pulmoni sint fissi magis & secreti. Fissura hæc igitur nunc maior nunc minor lobos efficit & distinguit non absoluta.

Vnde fit, ut humano hepati lobos sæpe quatuor annumeremus, magnos duos, & paruos ferè in ipsius sima sitos totidem. Siquid aliud de intestinis aut epiploo aut mesaræo controversum & à Galeno diuersum scripsit calumniator, id est leuissimum, quale est illud, quod scilicet venas quasdam in pancreas absundi, nec ortas ab hepate vedit Galenus, nondum vedit calumniator, & ob id esse negat, cum tamen Galenus Herophilum falsi non accuset, qui vasa quædam sibi animaduersa in muliere ad uterum deduxit, nec Hippocratem aliosq; veteres reprehēdit, qui cotyledonas utero muliebri adscribant spectatu difficiles ob paruitatem: quas tamen esse, & quales sint, postea demonstrabimus. Galeni rationem de situ altiore dextri renis conuellere conatur calumniator, nec meliorem affert, cum

cum natura neque huius renis situm neq;  
aliud quicquam frustra faciat. Verissimā  
autem Galeni rationem probabis, si cauæ  
venæ truncum in hepatis postica parte per  
longum incidis. Ad hæc si ad materiarum  
tractum quemuis, siue is totius substantiæ  
similitudine fiat, siue calore, sine siccitate,  
siue etiam fuga vacui, contactum aut vici-  
niam multūm commodare intelligas.

## V I G E S I M A E S E P T I M A E

C A L Y M N I A E D E-

*pulsio.*

N partibus pudendi virilis Lib. 15.  
inferioribus seminis mea- v.p.  
tus secundū longitudinem ,  
exporrextus est, cui incum- ,  
bit neruus cauus, utrinque ,  
verò assident musculi duo. At cum vesica ,  
propè esset constituta, non erat melius ad ,  
excernēdum lotium, alium efficere mea- ,  
tum, sed meatu seminis simul uti præstite- ,  
rat. Hæc Galenus. Iniquissimè igitur Ga- ,  
leno calumniator affingit quòd seminis & ,  
vrinæ meatum communem non adscri- ,  
pserit, sed utrique proprium. Id enim nus- ,  
quam in Galeno legi: quod sicubi legatur, ,  
aut liber Galeni nō est, aut mēdū aliquod ,  
subest.

subest. Eius enim sententia libro illo decimoquinto scripta ex professo, sola est recipienda, quam etiam comprobat libro decimoquarto usus partium his verbis,

,, Cum oporteat semen iaculari marē quidem foras, fœminam verò in seipsum, ob eam causam vasa quæ semen à testibus acciperent, in mari bus ad pudendum exporrexit, & orificium eorum adaperuit ad meatum qui illic est, per quem etiam locum foras excernitur.

## VIGESIMAE OCTAVAE

## CALVMNIAE

*depulsio.*

ALENVS libris de anatomie vteri, de spermate, & de vſu part. 14. & 15. non muliebrem vterum, sed vaccinum ouinum caprinū docere affirmatur aliquoties à calumniatore, sed sine vlla probatione. Cum enim pronūciatum id sit omnino falsissimum, probari non potuit: satis autem habuit admiratoribus suæ sectæ etiam indoctissimis falsam quandam persuasionem imprimere. Ut autem ignorantiam, impietatem, arrogantiam, calumniam eius cognosc

gnoscas apertius, primum tibi vterum vac-  
cinum (ex quo simillimum ipsi ouillum,  
caprinum, ceruinum, facile intelligas) ad  
viuum exprimam, deinde muliebrem:  
postremò vteri picturam à Galeno libris  
prædictis affabré expressam explicabo: vt  
lector candide, si clarissimè & certissimè  
intellecaturus eam picturam velut è viuo  
expressam à Galeno, cōuenire omnino so-  
li vtero muliebri: Quanquam non nega-  
mus non pauca, vt substantiam vteri, & ei  
annexarūn partium, vaccino, ouino, ca-  
prino, nēpe simili, quadātenus conuenire,  
sed magnitudine, numero, figura, situ, con-  
nexione, & aliis quibusdam accidentibus  
plurimum differre vterum muliebrem à  
prædictis planè iam demōstrabimus. Vac-  
cæ non grauidæ vterus propè totus in cor-  
nua duo absimitur, hircorum cornibus re-  
ciprocis similia: vt idem de aliorum ani-  
malium dictorum vtero tibi persuadeas.  
Quorum quidem cornū etiam ima-  
go quædam secreta in corpore horum ani-  
malium vteri apparet ac distincta, foris  
quidem canaliculo medium inter cornua  
locum occupante, & perinæon exprimen-  
te, vt ipsa etiam cornua nates ibi expri-  
munt, intus verò membrana vteri propria  
dupla

duplata, & secundum canaliculi situm adhærente, & aperte sinus duos faciente. Quæ tamen membrana prægnantibus paulatim laxata plurimum disparet, ac tum etiam ipsæ velut radices cornuum in fundi vnius formam degenerant. Per horum cornuum mucronem testes vaccini semen suum varicosè multum in uterum proiiciunt. Tam utero quam cornibus tunicæ adsunt duas: externa à peritonæo nata, multum crassa etiam parturientibus, villiscarens, interna villis omnibus subcarnosis intertexta. Uterus & cornua post sectionem ostendunt cotyledonas circiter octoginta ordine quodam dispositas, in non grauidis quidem similes grano tritici quod Turicum vulgus vocat, macerato aqua, & ob id molliori, & grandiori, ut in ouillo similes sunt grano tritici communis macerato. In grauidis vero corporis raritate foraminulenta similes hæ cotyledones sunt spongiæ candidæ tam magnæ in vaccino utero, ut singulæ manum implere possint. Quibus solis, non etiam tunicæ uteri, chorion hæret firmissimè carnosæ quadam asperitate lichenas solidos imitante, tam ampla, ut totam cotyledonem unaquæque asperitas vndique firmi

firmiter & contumaciter comprehendat.  
Vteri os non grauidis & grauidis tam  
est contractum, vt ne flatui quidem liber  
sit à collo ingressus, aut ab vtero iam in-  
flato egressus. Sectum autem id os valde  
est anfractuosum, & velut grumis qui-  
busdam cartilaginosis inæquale ac impe-  
ditum, à quibus via fit difficilior intranti  
aut exeunti materiæ. Intra vterum præ-  
terea parturientibus velut adeps largus os  
ipsum integrit & munit. Cætera os vteri,  
quà scilicet vteri collo imminet, ad glan-  
dis virilis formam accedit. Testes gemi-  
nos habet subrotundos mucroni cornuū  
propinquos, in quos vasa spermatica fe-  
runtur, sed à testibus vasa semeñ deferen-  
tia. in cornua varicose, vt dixi, ac amba-  
gio se deducuntur. A fundo vteri ad puden-  
dum est longitudo in non grauida quidē  
vacca sesquipedis, in grauida autem duo-  
rum pedum, & amplior. Situs est vterus  
inter vesicam & rectum intestinum, an-  
neclitur autem ilibus & vicinis partibus  
aliis per ligamenta multa & magna ex  
peritonæi tunica ferè prodeuntia, sed ma-  
xima & potentissima ad lumbos, & os sa-  
crum, & intestinum rectum. Vteri vacci-  
ni natura sic habet sua substantia, & acci-  
denti

dentibus hanc necessariò sequentibus: muliebris verò vteri natura habet vt sequitur. Mulieris non grauidæ vterus, Canonicorum epomidas (hi almussas vocant) multùm repræsentat, fundo præsertim habente cornua duo breuissima, mammarum papillis breuibus similia, vtrinque canticia, cum testibus continua per porum spermaticum. Quorum quidem cornuum ligamentis tectorum, nulla in ipso fundo foris circumscriprio manifestè apparet, cum in aliis animalibus vtero cum inu liere conuenientibus, velut radices quædam cornuum ad vsque propemodum vteri os cernantur. Intra vterum, cauitas quædam apparet qualis in vesica est, hoc est rotunda, nusquam occupata, nec me dio vteri fundo in cavitatem ipsam inuerso phialarum vitrearum modo, nisi quibusdam id aliquando accidat ob mollitię partis, & longam stationem, quòd ea fundi pars ligamentis non fulciatur. Ipsa tamen fundi rotunditas vtrinque vitiatur exiguis corniculorum cavitatibus, in quas testes sēmen muliebre excernunt per porum spermaticum. Grauidis omnia sunt eadem, nisi quòd quantum in dies vteri & cornuum cavitatis in longum, latum, profundum

fundum ipsi embryo ampliatur , tantum  
tunicarum vteri ambarum crassities tenua-  
tur & minuitur. Vteri os & collum & col-  
li os habent, vti à Galeno graphice descri-  
buntur. Venæ item ac arteriæ & nerui &  
membranæ, & ligamenta , & si qua alia ad  
vteri naturam pertinent. De quibus om-  
nibus iam Galeni verba audiamus , vt re-  
ctè iudicemus vterum muliebrem à Ga-  
leno libris suis omnibus descriptum fui-  
se, nō vaccinum, aut aliud huic similem,  
vt falcissimè, sed sine vlla probatiōe, pro- *Li. de a-*  
*nunciauit calumniator.* Vteri composi- *nat. vte-*  
*tio, magnitudo, forma, situs, connexio, cō-ri-*  
tactus, dicentur nobis. Vterus constat tuni-  
cis duabus, interna propria , & eadem ve-  
nosa magis : sed duabus dimidiis compo-  
sitæ cohærentibus quidem & sibi adiacen-  
tibus, non connatis autem , nec vnitis : vt  
duo vteri, sed dimidiati possint videri. Imo  
vteros duos in vnum collum desinentes  
mulieribus factos esse scribit libro deci-  
moquarto vsus partium : & sæpe idem v-  
teros, & sinus vteri, numero multitudinis  
appellat, non quòd sinus duos in muliebri *Lib. 4. de*  
vtero distinctos esse velit , vt plures sunt *vsi par-*  
*distincti in animalibus polytocis , vt pōst tūm.*  
in vteri figura audies. Membrana à peri-

F tonæo

tonæo extrinsecus propriæ vteri tunicæ circundata, & villis quibusdam implexa, v-  
trosq; vteros in idem coniungit, & tegit,  
& cum vicinis corporibus alligat. Eadem  
neruosa, crassa, simplex, nec dimidiata, vt  
interna, que intus presertim ad fundū aspe-  
ra est. Harum tunicarum crassities & ma-  
gnitudo nunc augetur, nunc minuitur. Nā  
puellis paruae sunt, ac tenues, fluētibus iam  
mensibus maiores & crassiores, desitis iam  
tum mensibus tum conceptibus minores  
& tenuiores. Ad hæc cum mēstrua purga-  
tio instat, vterus planè crassus & tumēs est:  
*Ibidem.* cum longè abest, tenuis & aridus. Præterea  
crassiores membranæ mulieris quæ vtero  
gessit: crassissimæ eius que vtero s̄apissime  
gessit. Crassus itē vterus in principio cōce-  
ptus, prope partū verò amplior, sed tenui-  
or, crassitie seu profunditate in longitudi-  
nem & latitudinem absumpta, vnde etiā est  
imbecillior. Tempore autem medio, pro-  
ratione magnitudinis crassitié mutat. Ma-  
gnitudo itaq; vteri, vt crassities, multum va-  
riat, non modò per ætatis, sed etiam per  
mensium & conceptuum tempora & in-  
terualla, & abolitionem. Vterus enim lon-  
gè minor est enixa, quam adhuc prægnan-  
tis & parturientis: his verò quæ nondum  
conce

conceperunt, multò minor. Vteri tamen Lib. de a-  
longitudo moderata à fundo umbilicum natum.  
spectante ad pudendum, ut plurimū est vteri.  
digitorum undecim, latitudo autē ad ilia  
cornibus extenditur. Pudendum autem  
ipsum muliebre pelliculam quandam ha-  
bet virorum præputio respondentem, quæ  
nympha vocatur, quæ una est ex vteri par-  
tibus, & collum, os, latera fundum. Quas  
partes communiter dictæ tunicæ consti-  
tuunt, sed variè. Nam collum vteri est mu-  
sculosum: ob id mollis & duri mediū. pōst  
carne paulò duriore, & subcartilaginea  
constat, quæ in dies durior & cartilagino-  
sior euadit: ita vt collum vteri vetulis. &  
his quæ saepe pepererunt, sit asperæ arte-  
rix simile. Hoc collum, & os vteri, gra-  
uidis artissimè clauditur, & rugosum,  
tortuosum, obliquum fit: sed mensum,  
coitus, partus tempore aperitur quantum  
opus est. Vteri figura toto corpore, sed *Ibidem.*  
præcipue fundo, est vesicæ similis: in late-  
ribus autem differt per apophyses quas-  
dam mamillares versus ilia emicantes ve-  
sicæ negatas: quarum figuram Herophi-  
lus dimidij circuli revolutioni compa-  
rat, Diocles verò cornibus exorientibus,  
vnde etiam cornua vocat: Endemus au-

tem cirros, à cirris polyporum similibus:  
sed Praxagoras & Philotimus vocant κό-  
λππος, id est sinus: & iidem vterum mulie-  
breni θίνολπος, id est bissinuatum, vt ani-  
malium polytocorum παλύνολπος, id est  
multisinuatum. Sed horum vterus multos  
sinus verè habet, mulieris autem vterus  
duos sinus non habet, ob id non rectè bis-  
sinuatus dicitur. Nam polytoca seu multi-  
para in finibus suis fœtum gerunt, mulier  
autem & similia vtero animalia, vt vacca,  
capra, cerua, ouis, in vteri cavitate, non in  
cornibus: nempe minoribus quàm vt fœ-  
tum continere possint. Tamen animalis  
partem in cornu altero, dextro quidem si-  
mas est, sinistro autem si fœmina, contine-  
ri in his brutis semper deprehēdo, non ta-  
men totum fœtum. Hic autem sinus ali-  
ter accipitur quàm prius in vteri composi-  
tione, & quàm passim lib. 14. vsus partiū,  
vt cum dicit, Homo geminus est dextris &  
sinistris in toto corpore, & mammis, & v-  
teri sinibus uno dextro, & altero sinistro.  
Hic enim pro vteri dimidio sumitur, non  
pro cornu. Vterus est situs inter vesicam &  
intestinum rectum, ita vt intestino recto  
propè toti incūbat: fundo autem ad vmbi-  
licum tendente, fundū vesicæ excedat, col-  
*Ibidem.*

li au

Li autem fine & cunno à vesicæ collo excedatur: & multis sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorum declinat, nunquam antorsum, aut retrorsum. Vterus attingit, *Ibidem.* supra modum quidem paruus, ea tantum quibus annexitur, mediocris autem etiā intestina tenuia: maximus verò (qualis parturiētiū) ilia & hypocōdria implet, & multa intestina tangit: recto autē intestino vilis tenuibus & mēbranis cōnectitur, & vesicæ, sed huic pluribus: & ossi sacro & lūbis per firma vincula à neruis & muscularis harum partiū prodeuntia. Omnia tamē hæc vteri vincula sunt laxa, vt latè vterus moueri queat, & mutari ab amplitudine maxima in summā angustiā, & contrà pro dictis v̄sibus. Venis quoq; & arteriis & neruis cum horū trium vasorū truncō vterus cōnectitur. Venæ vteri & arteriæ quæ spermatica sunt, oriuntur dextræ quidē à caua & aorta sub renalibus, sinistræ verò à late *Libr. 14.* re inferno renaliū in muliere, vt in viris *v.p.* sua vasa spermatica. Vnde opinor, hæc va *Lib. de a-* fa quatuor sub renalibus sita scribit Gale. *natom,* non quod ea quatuor à caua & aorta sub *vteri,* renalibus nata velit. Hæ venæ & arteriæ ramulū varicosum testibus largitæ vterū intertexūt, & nutriūt: venæ tamen arteriis

multo ampliores: aliæ à sacrīs venē & arte  
riæ in vterū ascendunt, & in collū vteri, &  
*Libro de vesicæ descendūt.* Veræ cotyledones Hip-  
anatom. pocrati & veteribus aliis sunt fines dicto-  
vteri.

rum nunc vasorum ad vterum peruenien-  
tium, per quos sanguis menstruus vacua-  
tur à toto corpore aut per vterum foras,  
aut in fœtum nutriendum transsumitur  
per vasa alia inter cl. vtrij tunicas media,  
quorum orificiis solis cl. vtrion, & per cl.  
*Libro de* tioñ fœtus ipse vtero adhæret. Cūm enim  
sper. vteri & cl. vtrij oscula sunt aperta, vterus  
per ipsa vasa cl. vtrion apprehendit, vt po-  
lypi quæcumque attigerunt, comprehen-  
dunt suis cotyledonibus seu cavitatibus,  
quales sunt in folio herbæ cotyledonis,  
vnde etiam idem nonne habent, ob figu-

*Libro de* ræ scilicet ac usus similitudinem. Non-  
anatom. nulli tamen vterum muliebrem cotyle-  
vteri. doibus carere dicunt, & eas reperi in

capris, ceruis, bovis, & aliis eiusinodi bru-  
tis vnum parere solitis, similes cotyledoni  
herbæ. Sed Hippocrates, & paulò post

Aph. 45. cius ætatem Diocles & Praxagoras sic vo-  
lib. 5. cant ora vasorum vteri, quæ imprægnatio-  
nis tempore quasdam cotyledonum emi-  
nentias in medio leviter cavitas habent

innatas, quales esse solent hæmorrhoidi-  
bus

bus intestini recti. Ab his enim viris tantis ignorata fuisse hæc sentire nefas est , & nos contra ipsos Hippocratis , & veterum in cotyledonibus mulierum reprehensorum , abundè scripsimus libro quinto anatomæ Hippocratis. Ex his igitur vterium *Ibidem.* muliebrem cotyledones habere patet , & quænam cotyledonū in muliere & brutis est differentia. Hæc Galenus. Testes muliebres lateribus vteri adiacent ad fundum *Libro de anatom.* prope cornua, vtrinque unus, virili multo minor, minus rotundus , magis glandulosus & durus, membrana propria quā dabant, vocant tectus. Erythroœide autem tunica & scroto caret: scroto tamen simile corpus vteri facit Galenus lib. 14. vsu partium. Semen in his parcius, frigidius, humidius. In hos vasa supermatrica ut in viriles distribuuntur : & ab his testibus pori spermatici varicose feruntur in vteri cornua, ut viris in prostatas vesicæ collumi incipientes glandulas: sed in muliere initio lati:deinde ubi paulum à testibus recesserunt , angusti , & propè inuij: postremò prope cornua per quæ vterum intrant, rursus laxatur. Hæc Galenus de vteri muliebris natura scribit libro de vsu partium 14. & 15.lib. de anatomie vteri, & de sper-

F 4 mate.

mate. Aequitatem causæ Galenicæ, & iudicij integritatem vobis commendō, lectors candidi, ut perspecta vteri brutalis & muliebris natura, utri eorum Galeni scripta conueniant, expendatis. Ut enim donemus hos vteros quadantenus similes substantia, & partibus annexis, & ob id loca quædam Galeni vtero utrique accommodari posse, ut de hominē scripta, simiæ adhiberi possunt, & de simia scripta homini: tamen plurima sunt quæ propriam vteri muliebris historiam, non brutalis, à Galeno scriptā apertè conuincant. In primis vteri muliebris mentio in libris dictis per frequens. Deinde vteri figura vesicæ persimilis, cum brutis vtero similibus sit multum dissimilis, ut spectanti utrumque & tangenti appareat clarius quam ut multis sit explicandum. Tertio loco cornuum breuitas in muliebri vtero cornibus animalium exorientibus similis, aut māmarum papillis, cum in his brutis longissima sint, nec solūm hircorum modo reciproca, sed etiam ad vterum propè totum pertinentia, & ipsum in duo manifestè distinguentia, & vteri fundum occupātia etiam non prægnante animali. Quæ cornua dicuntur, quod cornibus exorientibus sint simil

similia, ut comparauit Diocles, non autem cum calumniatore Herophilus, ut prius docuimus. Quarto loco cotyledones vteri muliebris tam obscuræ, ut visum effugiant, & ratione prope modum magis quam sensu usurpentur. Quanquam in muliere parturiente aut recens enixa aperte spectentur hæc ora vasorum, præcipue venarum, cum hæ sint arteriis multò ampliores, si inanite inflentur. Ea enim ora aspera & eminentia spectantur, qualia in cute hominis perfrigerati. Imo cum chœrion à propria vteri tunica clementer digitis diducitur, sanie quadam & pauco sanguine fluere ea videbis. Quod si vterum quoque inuersum post hanc separationem inflaueris, foramine per quod fœtum extraxeris, probè ligato, ea etiam aperte videbis, si recens mortua est mulier, ut caleat adhuc vterus, quomodo chœrion inflatum ora similia profert manifesta insue, & granis salis similia, aspera etiam circa inflationem, quæ etiam cotyledones vocari possunt, non ea sola que in vterum pertinent. Nam amborum vasorum ora in muliere sunt æqualia, & similia. Non debuit igitur calumniator tam temerè falsum illud dilemma pronunciare, scriptam

F 5 scilicet

scilicet à Galeno bruti vteri non muliebris anatomē, sine vlla tamen probatio-  
ne. Rectius autem, cūm vteri bruti & mu-  
liebres sint quadantenus similes, quadan-  
tenus dissimiles, dissimilitudinem bruta-  
lis à muliebri explicasset, & hanc dissimi-  
litudinem Galenum male sequutum fuisse  
ac interpretatum libris iam cōmemo-  
ratis, præcipue in vteri anatome, & libro  
14. & 15. usus partium. Nam libris de sper-  
mate anatomē vteri, quod sciam, non de-  
scribit sed cap. 12. libri secundi partes vte-  
ri & eius colli cum viti partibus genitiis  
comparat, recensetq; magis quam eas ad  
viuum explicet. Quod si hanc dissimilitu-  
dinē calumniator in divisione media tu-  
nicā vteri propriæ constituit, quia non in  
muliebri vtero vt in bruto appareat, ex-  
perientia & sibi ipse repugnat. Nam mu-  
liebrem vterum in dextrum, & sinistrum  
diuidi scribit, linea quadam obscura sutu-  
ram scroti virilis (cui etiam Galenus vte-  
rum comparat lib. 14. usus partium) non  
nihil imitante. Præterea fundo introrsum  
everso, vt in phialis vitreis appetat (quod  
tamen falsum esse priora demonstrant)  
diuidi in dextrum & sinistrum addit. De-  
inde & vasa dextra dextro vtero, sinistra  
finist

finistro tantum distribui, quorum fines tam  
meni misceri scribit Galenus. Expertus au-  
tem eam diuisionem semper est Galenus,  
& nos in vtero recens fœtæ mulieris aut  
parturientis per tubulum vehementer in-  
flato post ablatam exterioren tunicam,  
Vbi autē crassissima est tunica hacc, etiam  
coctus vterus diuisionem habet obscurāni  
villis multum in omnem partem contra-  
ctis & implexis. Quod si dissimilitudinem  
in cornibus collocat: eorum paruitas vte-  
ro muliebri propriā à Galeno scripta in  
vtero muliebri aperte calumniatore con-  
uincit. Si in cotyledonibus, multò apertius  
calumnia eius apparet, cùm hæ in vacci-  
no vtero tam sint magnæ etiam non præ-  
gnante animali, in muliebri tam paruæ,  
etiam parturiente muliere, vt vix appa-  
reant, & ob id à quibusdam, vti & à ca-  
lumniatore, illi negatæ. Neque enim eas  
cotyledonas in muliere semper apparere  
voluerunt Hippocrates, & Galenus, sed  
cūn vtero gerit, præsertim dum parturit  
aut parit mulier, aut etiam dum menses  
fluunt, cūm vtero bruto semper adsint  
etiam non prægnante animali, quāquam  
multò minores quān prægnante, & par-  
turiente. His autem cotyledonibus mu-  
lierib

liebris ora vasorum similiter aperiuntur in os, & ventriculum & intestina per quādam sanguinis calentis ebullitionem, & in lingua præsertim puerorum per æstus aut febres & in cute eorundem dum per æstatē ab æstu aut vestium copia immoderatius calent. Quid igitur statuitis iudices æquissimi de falsissima ista calūniatoris impij accusatione? Mihi videor vos cernere hanc calumniam, vti & alias omnes, animo planè iniquo ferre, & pœnam his moribus improbis, & reipublicæ perniciosissimis debitam parare, ne cui præceptorē falsi accusare, & summa cum impietate traducere, illiq; prope in omnibus nulla ratione obstrepere, impune liceat. Ignoranter quoque ac falso calumniator meatū mulieris vrinarium in colli vteri cessare cauitatem, vbi primū sub osse pubis conueniunt, scribit in anatome vesicæ, & prius pingit & scribit vesicæ colli partem in vteri ceruicem inseri, & lotium in eam ceruicem proiicere. Nam vt vesica tota toto propè vtero est superior supino corpore, sic meatus vrinarius totus, collo vteri toto, & in cunno ipso os meatus vrinarij est ore colli vteri superius. Id quod etiam ante anatomen apparet.

ret. Sed ignorantia longè maxima calumniatoris in membranis fœtum ambientibus tibi candide lector est commonstranda, ut intelligas Galenum ab eo iniquissimè taxari, cum solus calumniator sit in crassissima harum partium, & aliarū propè omnium ignoratione: Galenus autem solus omnia hæc, & quæcunque alia scripsit, verè, apertè, eleganter tradiderit: ut certissimè intelligas calumniatorem ex præceptoris planè diuini ignominia nomen suum reddere clarum conari, exemplo eius qui Philippum Macedonum regem occidit, & eius qui templum Dianæ Ephesiacæ incendit, ut scilicet nomen suum apud posteros quoquis modo memorabile redderent. Qualia hodie ingenia video non pauca, diis illa aduersis genita, fatoq; sinistro. Ad membranas fœtum ambientes calumniatori omnino ignoratas, & tamen in his Galenum iniquissimè accusanti, orationem conuento. Chorion ex Libro de tima fœtus membrana ex semine tum vi- spermatili tum muliebri conflata, toti internæ te. vteri & cornuum eius superficiei subten ditur, & omnibus vteri & cornuum cotyledonibus adhæret, alicubi etiam ipsi vtero inter cotyledonas, sed leuiter. Eadem memb

membrana cum fœtu augetur, cùm vteroq; extenditur, ac fœtum totum inuoluit etiam quà os est vteri, vt Galenus probat libro de anatomie vteri, de fœtus formatione, de semine, lib. 15. usus partium. Id quod in omnibus fœtibus in vtero mortuis nec abortitis, semper verissimum obseruaui, non in muliere tantum, sed etiam in boue, ove, sue, cane, & aliis. Quòd si *Ibidem.* charion facit semen virile quà vteri superficiem subungit totam, & muliebre quà id cornua subungit, tota hæc tunica omnino fœtum totum ambit. Calumnator autem nescio quibus spectris delusus, aut fortasse eo charij habitu qui à partu apparet, negat totum ambire fœtum, sed tantum à xiphœde ad ilia, quomodo (inquit) circulus ligneus latus vasa vinaria circundat. clarius fasciæ amplæ modo dixisset. In muliere enim & vacca & ove & similibus vidi semper charion totum toti internæ vteri superficie i cōtiguum, vndique fœtum ambire totum. Id quod in sue & cane etiam verum est, quanquam in his polytocis fœtus omnes uicū charion, & vnicā amnios ambire aspectu primo videtur: sed si manu blanda charion ab amnio separe, aut ipsum amnion in-

fles

fles colligato aut compressso ipsius & char-  
rij foramine, inuenies singulos fœtus sin-  
gulis his tunicis vndique ambiri, præter-  
quam quod ad fines hæ tunicæ in his le-  
uiter & inæqualiter cohærent. Quod por-  
rò chorion mulieris enixa solum viderit  
calumniator, hinc etiam apparet, quod  
ipsi tempore partus crassitiem det polli-  
carem, cum reuera constet membranis  
duabus chorion, inter quas vasa feruntur,  
quarum interna sit tenuissima, externa  
aliquanto crassior, sed mollior, & crue-  
tate papyro bibulæ crassitie, mollitie, co-  
lore subtilis. Non ergo crassitiem pol-  
licarem habet chorion tempore partus,  
quo est tenuissimum, & nevnguis quidem  
crassitiem attingit. Rectè igitur de chorio  
scripsit Galenus, male de chorio sensit ca-  
lumniator, & in eo nunquam viso Gale-  
num iniquissimè reprehendit, ut plane  
reprehendes si ex vtero mortuæ mulieris  
fœtum ita eximas: Vteri tunicas digitis  
duobus comprehensas seces ad usque chor-  
ion: sed exiguo foramine, per quod tu-  
bo calami vel alio immisso leniter infles.  
sic enim uterus à chorio parum secedet.  
chorionque facilis ab utero separabis. Id  
autem prius in boce aut ove exploratum  
censeo

censeo dum grauidæ mactantur: sic nanq;  
instructior ad fœtum muliebrem accedes.  
Quod studium in aliis quoq; fœtus mem-  
branis vt sequaris hortor , exercitatione  
scilicet multa prius in dictis animalibus  
obita: quām exercitationē in simiis,nem-  
pe homini magis similibus animalibus,li-  
bris aliquot anatomicis Galenus inculcat.  
In his enim omnibus,tunicis vteri ablatis,  
cernes chœrion papyro bibulæ subsimile,  
totum vndique fœtum inuoluere, & chœ-  
rion ab amnio vbi molliter secreueris,  
amnio quoq; totum fœtum ambiri spe-  
ctabis. Allanto~~des~~ secundum fœtus in-  
uolucrum malè Galeno cognitum asserit  
calumniator : cuius arrogans ignorantia  
cum perfecta Galeni scientia est commit-  
tenda , vt lectori appareat clarus audax  
hæc ac petulans temeritas. Allanto~~des~~  
membrana dicitur ( inquit calumniator )  
quia intestino crasso vtrinque consuto, &  
aliis carnibus farto similis est,chorio toti,  
non tamen tota pertinaciter connascitur.  
Quantum autem eius chœrio non conna-  
scitur,vterum attingit, nō tamen illi con-  
nascitur. Interna eius superficies lœuis, &  
humecta , nulli cōnata, nisi quòd minima  
sui portione tertio , & primo inuolucro  
(id est

(id est amnio & chorio) hæret, interuentu tamen vasorum maximorum ad umbilicum tendentium. Inter secundum hoc inuolucrum, & tertium seu amnion fœtus vrina colligitur. Hoc inuolucrum ambire totum fœtum Galenus negat, sed tantum clunibus & extremis partibus insidere scribit, cum tamen sumpto fœtu quo-uis, & in omnem partem manibus versato, vrinam eum totum circuncurrere conspecturus sis: nec id inuolucrum cum Galeno est chorion. Hæc calumniator: quæ paucissimæ huius lineæ quam multis & fœdis erroribus scateat (id quod illi est familiare) paucis lectores candidi audiatis, ut quid de eius ignorantia & arrogantia sentiendum sit, intelligatis, & allantoëdem tunicam illi nunquam visam nec cognitam certissime perspiciatis: & à malo quodam genio hanc allantoëdis explicacionem illi opinor somnianti in mentem fuisse immissam. Quæ ut facilius refutetis, natuam & veram allantoëdis historiam partim ex Galeno, partim ex nostra multiplici experientia antè dicemus. Allantoëdes membrana cum Galeno dicitur quod sit *amoris*, id est farcimini seu intestino cuidam crasso similis, vtrinque

G contr

contracto paulatim, donec in acutum muretronem desinat, non consuto, cum calumniatore, nec aliis carnibus farto, cum intestinum ipsum caro non sit, nec plena allantodes, imo semper inanis quæ amnio inhæret, nisi si quando magna urinæ copia superueniat, quæ veluti cornibus allatordis iam repletis, in ipsius quoque partem ampliorē, sed inter chorion & amnion velut compressam, aut regurgitet, aut primum feratur. Nam in hanc eius partem ampliorem inseritur urachus urinæ fœtus via, qui in allantodes tunicam degenerat. Cum igitur talis sit allantodes quales piscium quorundam utrliculi natatorij, si horum cavitatem continuam intelligas, & sit corpore fœtus multo minor, etiam inflata maximè, quomodo fœtum totum inuolvet? Est enim inter chorion & amnion media, utrique adhærens, amnion autem non ambiens, nec tota à chorio ambita: ergo nec fœtum, sed tantum eius amnij superficie externæ, chorij interiore partem minimam attingens, qualiter si intestinum sesquipedem longum utrinque ligatum, & aqua semiplenum gestes inter duo indusia, utriq; scilicet, uno latere uni, alteri altero alligatum. Recte igitur Galenus

nus negat allantoade totum ambire fœtum; & eius partibus quibusdam sublimibus incūmbere, sed intercedente semper amnio, & sudore, ut scribit Galenus. Allantoades à mātri similis, tenuis & infirma, amnio prior genita ex ferosiore & muliebri semine, angustior autem quām ut totum fœtum integere possit. Latior autem non est facta: quia semen muliebre est parcius quām virile: ob id non potuit ampla simul & longa fieri allantoades: sed longa necessariò est (ad vtrunque enim cornu peruenit) & stricta. Humore vero vrinæ respondentem, flavum, tenuem, acrem addeo, ut secantium allantoades, olfactum feriat, & horrorem illis excitet, longius à fœtu in allantoade membranam natura abduxit. Quod si talis est allantoades membrana, ut reuera talis esse tibi postea monstrabitur, non potest allantoades clario toti, non tamen tota connasci. Nam chwrij latitudinem duorum tantum digitorum attingit dimidio sui, altero dimidio æqualem amnij partem. Ad hæc cum sit contenta in chwrio, ut vult calumniator, quomodo toti chwrio connascitur, sed non tota? nisi configas rugosam esse, & rugarum cavitate non connasci. At si toti chwrio

G 2 conn

connascitur, ei erit æqualis, aut etiam maior: quia non tota connascitur per te, in rugarum scilicet, si vis, cauitate. Præterea falsissimum est quod uterum attingat. Nā tota eius cornua etiam chorio vestiuntur: reliquum eius corpus rotundum, ut cornua, inter chorion & amnion est alligatum. Nulli connata præterquam minima sui portione chorio & amnio, male à calumniatore scribitur; imo maxima & amplissima sui portione his duabus membranis alligatur, non vasorum interuentu solo, sed membrana tenui & firma quæ ipsius est altera. Nam duabus membranis constat etiam Galeno allantodes. Falsissimum præterea quod fetus urina inter allantodes & chorion colligatur. si enim allantodes toti chorio pertinaciter connascitur, ut somniat calumniator, quo urina loco recipietur? Ad hæc cum urachus degeneret in allantodes, & amborum continua sit cauitas, quomodo extra allantodes urina feretur? Sed putauit falso allantodes totum ambire foetum ut amnion. Nam chorion ambire foetum totum prius negavit. Quod autem foetus in omnem partem versato humidum appetet, non urina est, ut falso putauit calumniator, sed sudor: &

dor: & tunica quæ hunc humorem contine-  
net, amnios est, non allanto~~des~~. Quæ ve-  
ra naturæ historia calumniatorem ita con-  
turbauit, ut quæ falsissima scripsit, etiam  
nunc retractet in sententiam multò fal-  
siorem, & neget omnino aliquam esse al-  
lantodes: ut mihi ex ipso paucis ante  
diebus auditum renunciauit doctus medi-  
cinæ Sanctam angelus Hispanus. Quid enim  
faciat, cum nihil aliud quærat, quam præ-  
ceptor & naturæ obstrepere? Iam partem  
tanti momenti à natura factam pernegat.  
Sed si lotium quærit, multo certè parcus  
quam vrina sit, in allantodes inueniet,  
non tota, sed præcipue quæ vteri cornua  
tangit. Sed agite alia omnino absurdissi-  
ma illius placitis necessariò succendentia  
expendamus. Si chorion non ambit to-  
tum fœtum, sed tantum à xiphode ad  
ilia, allantodes verò fœtum ambit to-  
tum, & inter has tunicas duas, eius senten-  
tia, certè falsissima, lotium recipitur, quo-  
modo non effluit quæ desinit chorion, &  
vterum tangit, & acrimonia ledit? Quod  
si dicat calumniator chorion quæ desinit  
vtrinque, adstringit & vñiri cum allantodes,  
ita ut nihil vrinæ possit extra chorion  
effluere, & vteri tunicam attingere, ergo

G 3 reliq

reliqua pars allantogdis per eum utero contigua, erit frustra à natura facta. Ad hæc si lotium inter chorion & allantogdem continetur, spectari non potest, cum chorion sit externa tunica, opacum ut dixi, non diaphanes: & rupto chorio (quod propter mollitiem illi est promptum) lotium effueret: sed nihil omnino effluit rupto chorio: ergo falsum est vrinam inter chorion & allantogdem contineri. Sed sui immemor postea vrinam inter fœtum & amnion contineri scribit, cum versato fœtu in omnem partem, vrinam dicit calumniator circuncurrere. Id verò est non vrina, sed sudor, qui plurimo largior est quām lotium, quod à fœtu calido humido plurimum continenter exhalet atque euaporet: quod amnij & aliarum membranarum frigidiorum contractu in humorem reddit. Calumniatori verò impo-  
suit, quod allantogdem totum ambire fœtum putauit, ob id & vrinam allantogde contentam debere toti fœtui circumstie-  
re. Sed si vel Galenum intellexisset, aut rem ipsam diligentius considerasset, id amnij & sudoris esse deprehendisset, quod male allantogdi & vrinæ tribuit. Ea enim vrina allantogdis cornibus in cornua ytes  
ti sub

ti subeūtibus & vicinis partibus allantoidis continetur, non parte allantoidis latiore comprehensa inter chorion & amnion, ne pars ea lotio plena premeret chorion & uterum foris, intus autem amnion & fœtum. Calumniator autem allantoidem iam facit tunicam amnio similem, dum eam fœtum ambire totum scribit, non autem amplius allanti seu intestino crasso: aut verius amnion iam pro allantoidide usurpat, & sudorem pro urina.

Galenus autem nusquam allantoidem cum amnio vel chorio confudit, ut eam chorion putaret, quod etiam illi iniquè affingit calumniator. Quæ igitur de allantoidide à Galeno scripta sunt, verissima sunt omnia: quæ à calumniatore ficta sunt (ficta sunt autem omnia de his membranis ab eo scripta) omnino falsissima sunt, & quæ allantoidem ipsi nunquam ne per somnium quidem visam demonstrent. Ut autem ignorantia tenebras oculis & mente aliquando excutiat, iam ex nobis discat rationem inquirendi & inueniendi allantoidem: yt dum visui & tactui suo fidem fecerit, Galenum laudet veritatis autorem, & culpam agnoscat suam.

Ablato igitur chorio, totum quod spe-

G 4 Etas, est

Etas, est amnios, præterquam quod alteri eius lateri incumbit allantodes albior, & angusta quidem, ut duos aut tres circiter digitos lata, sed tamen ibi quam reliquis suis partibus latior, ut sua latitudine capaci inter amnion & chorion effusa redimat profunditatem in quam attolli non potest, nisi magna lotij copia vrgeatur: quia inter duas membranas dictas coercetur, propter causam à nobis prius explicatam. Qua autem parte allantodes amnio incumbit, crassior ibi & albior apparet amnios propter allantodes illi incumbentem, & firmiter connexam, cum à chorio tam facile separetur quam amnios. Allantodes verò sic separabis: Diducto digitis & a lato chorio, totum quod in cornibus est, allantodes est. Hanc utrinque ad cornua pertunde, & vrinam totam (non enim admodum multa est) emitte, mox per tubum calami aut per cathetera utrinque infla, & liga: sic rotam allantodes velut intestinum aliquod vento plenum spectabis firmiter una sua tunica amnio alligatam, qua rupta allantodes totam & solam habes. Potes etiam effusa per vrachum in sectam fœtus

fœtus vesicā vrina & vacuata, per vrachum  
allantoœdem inflare, ut eius totam circun-  
scriptionem cognoscas, & vrachum in eam  
degenerare, inseri verò in eam non om-  
nino medium, sed alterum ceu cornu al-  
lantoœdis ab vrachi insertione multo esse  
longius. Hæc cum spectabit lector, risu ef-  
fuso crassissimam calumniatoris ignoran-  
tiæ prosequetur, Galeni verò anato-  
micam veritatem laudibus summis ex-  
tollet. Habeo in eum finem domi allan-  
toœdes inflatas quasdam secretas, alias ad-  
huc a minio connexas etiam inflato. Quæ  
res circulorum duorum, magni vnius, &  
minimi alterius, sibi inuicem incumben-  
tium, se tamen nusquam intersequantium  
aut includentium imaginem repræsen-  
tat. Quod spectaculum est visu iucundissimum,  
& præterea cognitu vtilissimum:  
ut Galenum vbique verum lector pius &  
studiosus agnoscat, calumniatore verò nu-  
giendum & mendacioquum diris omni-  
bus, vti dignus est, & cimmeriis tenebris  
deuoueat. Talis quoque quodammodo est  
allantoœdes in polytocis fœtibus singulis  
sua, sed extremis finibus duæ sibi vicinæ  
implicantur gracilescensibus. & non nihil  
muccosis, ac veluti verrucosis, qualis ma-

G S teria

teria finem allanto<sup>dis</sup> in muliere & simili-  
bus vtero animalibus cum intimo uteri  
cornu committit.

Calumniatoris mēdaciis circa chorion  
& allanto<sup>dem</sup> apertè intellectis, iam au-  
diatis non minorem hominis arrogantiā  
& ignorantiam in amnio tertia fœtus tu-  
nica : de qua sic deblaterauit. Tertium  
fœtus inuolucrum, amnios dictum, allan-  
to<sup>di</sup> forma simile, sed minus amplum,  
& omnium corporis membranarum te-  
nuissimum, nulli connexum nisi allan-  
to<sup>di</sup>, & fœtus vmbilico per solas venas &  
arterias à chorio in fœtus vmbilicum ad-  
euntes. Hæc pauca calumniatoris verba  
mendaciorum plena sunt. Nam si allanti  
seu intestino crasso vtrinque ligato aut  
consuto, & carnibus aliis farto (sic enim  
antea dixit etiam relationum grammati-  
carum imperitus,) similis est allanto<sup>des</sup>,  
forma scilicet, & allanto<sup>di</sup> amnios for-  
ma similis est, amnios etiam intestino cras-  
so, &c. similis erit. quod est falsissimum.  
Nam amnios similis est forma chorio, &  
ei vbiique connexa, præterquam vbi allan-  
to<sup>des</sup> intercedit. Minus amplam am-  
nion quam allanto<sup>den</sup> esse, etiam fal-  
sissimum est. Nam amnios fœtum totum,

&amp; præ-

& præter eum, sudorem largissimum con-  
tinet. Allantoëdes verò ceu sacculus qui-  
dam membranaceus longus, sed gracilis,  
& parum latus, amnio annexus, nihil con-  
tinet nisi paucum lotium, & id ferè in cor-  
nibus extremis. Sed velit nolit, allantoë-  
dem pro amnio usurpat & confundit,  
ignarus quid in re incognita sibi statuen-  
dum sit. Neque amnios est membrana-  
rum omnium corporis, imo ne fœtus qui-  
dem, tenuissima, sed multo crascior allan-  
toëde, ut mox ex Galeno disces, & experi-  
entia comprobabis. Nulli connexum nisi  
allantoëdi, etiam falcissimum: nam toti  
chorio annexa est amnios tota, præterquā  
quà intercedit allantoëdes longa angusta.  
Galeni verba potius audiamus libris iam  
commemoratis, & ea cum libro naturæ,  
seu historia fœtus membranarum confe-  
ramus, & vera tanquam ex tripode dicta  
omnino iudicabimus, & falsissimam ca-  
lumniatoris reprehensionem & senten-  
tiam. Membrana amnios toti fœtui vn-  
dique circuniecta, tenuis quidem, sed cras-  
sior & robustior allantoëde, ut fœtus mo-  
ribus resisteret, & humorem sudori respō-  
dentem contineret, album, non fœtētem,  
& tam blandum, ut fœtus cutim quam cō-  
tinera

tinenter tangit, non lœdat: quia tamen copiosior etiam triplo quam vrina est, rumpere amniō ante iustum pariendi tempus posset copia ipsum distendens. Quæ duo excrementa, sudor & vrina, quia primis generationis diebus non gignuntur, neutra ob id dictarum membranarum tunc est necessaria. Hæc Galeni verba cum amnio & sudore confer, & verissima comprehendes, neque ut calūniator, amnion cum allantoëde & verbis & reipsa confundes, quod idem facit in anatome vesicæ, Illic enim etiam allantoëdem facit intimam fœtus membranam, quæ reuera est amnios. Quòd si inter allantoëdem & chorion vrina cōtinetur, vt falsò affirmat, ubi continebitur sudor? an inter allantoëdem & amnion? Ibi enim locus erat vacuus, si ambæ hæ tunicæ fœtum ambiunt, & allantoëdes ceu continens maior est amnio tanquam contento. Sed sudor, vt dixi, inter amnion & fœtum cōtinetur Galeni sententia naturæ historiam demonstrante. Amnion autem sic spectabis. E regione capitis fœtus eam pertunde, sudorem totum emitte, deinde fœtum: mox vasa umbilica ligabis prope amnion, & secabis prope fœtum. Postremò rimam in amnio

amnio pertuso factam digitis adduces ita,  
vt tubulum vndique cōstringat, per quem  
vbi inflaueris, omnino amnium liga fir-  
miter sub digitis eius qui constrinxit, &  
ficca. Potes etiam non amnion solum, sed  
(vt dixi) allanto&dem quoque inflare, & si-  
mul connexas membranas ficcare & fer-  
uare, vt seruicibus duris testimonia natu-  
ræ in multum tempus ad manum adsint  
naturalia, & certissima. Quæ omnia de  
tribus fœtus inuolucris dicta, iam anace-  
phalæosi breuiter colligamus. Chorion er-  
go ex semine virili fatum est, quæ tangit  
totam vteri superficiem internam: quæ  
autem vteri cornua, ex muliebri. To-  
tum itaque vterum & cornua attingit, &  
totum fœtum inuoluit, & eum vtero per  
cotyledonas alligat, prohibetque vterum  
ab urinæ & sudore attingi & offendere, sed  
eo magis allanto&des & amnios. Duabus  
autem membranis constat, inter quas va-  
sa ad fœtus umbilicum feruntur. Allan-  
to&des duabus quoque membranis con-  
stat, & his tenuissimis. Figura eius est cui-  
dam membranaceæ areuum thecæ simi-  
lis, quæ scilicet in medio est latior, ad fi-  
nes vero vbi cornua sunt arcuum, angu-  
stior. Non longe est à medio urachus, ex  
quo

quo dilatato efficitur allanto<sup>des</sup> vrinam recipiens. Media autem parte latiore amnio incumbit, & alligatur, & eiusdem partis mediae opposito latere à chorio continetur. Extrema verò & velut cornua ab amnio libera, solum chorion tota ambit. Fœtus tantummodo latus alterum, & eius præcipue partes altas attingit, sed intercedente amnio, & sudore. Amnios autem chorio nudata cum sudore effusa latescit, & partes fœtus altas & humore deorsum ruente non mersas tangit, & per amnion allanto<sup>des</sup>, fœtu scilicet cum matre sitū aliquam quietum seruante. Nam in viuis ambobus certuni est allanto<sup>dem</sup> à fœtus partibus etiam altis longius abscedere, si largus sudor intercesserit. Fœtus enim per sola vasa umbilica & vrachum quia chorio, allanto<sup>des</sup>, & amnio alligatur: cœtera liber, velut in sudore innatat, nulli eorum parti alligatus, variam partium figuram induit, per quam sudoris & amni etiāitus variant. Amnios figura multum ab allanto<sup>de</sup> diuersa fœtum totum ambit, ut halicacabi vesica suam baccam. Multo quoque est amplior allanto<sup>de</sup>, qua non circuncluditur, sed tantum portione. pars eius contegitur, eique alligatur firmiter

ter per membranam allantoëdis exte-  
nam. Reliqua superficie tota externa, am-  
nios à chorio continetur, eique alligatur,  
sed tam leuiter, ut digitis blandè diduci  
queat. An vobis haec non satis sunt lecto-  
res ac iudices equissimi, ut calumniatorem  
falsi & summæ ignorantiæ damnetis, Ga-  
lenum veracissimum absoluatis ab omni-  
bus hisce calumniis, & gloria summa di-  
gnissimum iudicetis? Sed quę pauca super-  
sunt pro ordine proposito in thorace & ce-  
rebro, paucis addamus, & colophonē mox  
his calumniarum depulsionibus addemus.

In thoracis partibus internis calumnia-  
tor cum Galeno consentit: ab eo optima  
quęque suffuratus, in azygo disséntit, ut  
in venis diximus, & in tertio pulmonis  
dextri lobo, qui in homine sternum ha-  
bente ossibus septem conflatum, & ob id  
sortito thoracem longiorem est omnino  
necessarius, ut venam cauam longo ad  
cor spacio conuehendam ceu culcitra ful-  
ciat, colliger, muniat. Quibus verò no-  
stris hominibus ob naturæ imbecillita-  
tem thorax est breuior, cor hepatici vici-  
nū est adeò, ut pericardios tunica hepar ta-  
ctura esset, nisi diaphragma intercederet.  
Imo bona pars cavitatis tunicæ pericardij  
in dia-

in diaphragma incidit, & cordis propè di-  
midium in multis hominibus sternū per-  
breue habentibus, ipsi diaphragmatis sini-  
stræ parti insidet ac velut innatat. Ob hanc  
lobo dexter pulmo tertio nihil opus ha-  
buit, quod caua per diaphragma mox in  
cauitatem pericardij ascendat, & ab ea in  
propinquam cordis auriculam dextram,  
nec pulmones dextros ylo modo attin-  
gat. Cùm igitur tam breuis via hodie sit  
cauæ à gibba hepatis ad cordis ventricu-  
lum dextrum ascéndenti, & pericardio ve-  
hatur, vetere illo adminiculo non indi-  
guit lobo dextri pulmonis tertio, qui in  
simiis & canibus & aliis longum sternum  
& thoracem sortitis etiam hodie perseue-  
rat qualis Galeno semper est visus in ho-  
minibus, & ante Galenum Rufo Ephesio,  
scribenti duos esse pulmonis lobos in de-  
xtris, & totidem in sinistris, confessum es-  
se ab omnibus. Quintum verò paruuū præ-  
terea esse in dextro thorace non omnibus  
confessum, sed his tantum qui corpora  
diligenter dissecant, & post hos Nicolao  
Massæ in Venetis, & Mūdino in suæ tem-  
pestatis hominibus, vt in suis sectionis  
ambo docuerunt, & se semper obseruasse  
testati fuere. Cerebri meningem crassam  
inter

inter cerebra tum dextrum, & sinistrum  
tum posticum duplatam, & venam præ-  
terea per foramen paris sexti ingressam  
retinere suam tunicam frequenter secan-  
do exploravi. Quæ experientia facit, ut  
Galenò hanc statuenti duplaturam, & in  
ea venæ tunica locanti omnino conser-  
tiani, à calumniatore ea duo pernegante  
dissentiam. Huc pertinet quod vasa inter  
membranarum duplaturas natura distri-  
buere solet, vbi erant periclitatura, ut o-  
stendit mesaræon, epiploon, vterus, chœ-  
rion, & aliæ partes non paucæ. De instru-  
mento olfactus antè est dictum, & de ar-  
teriæ carotidis præcipuæ foramine, & de  
plexu retiformi, & aliis quibusdam ad ce-  
rebrum pertinentibus, ac etiam de sphæ-  
noëdis foraminibus sub glandula pituita-  
ria: solùm restat dicendū ventres cerebri  
anteriores ad usque foramina ethmoëdea  
homini præsertim pituita cerebri multa  
farto penetrare, cum Galeno, contra ca-  
lumniatoris sententiam. Gradioribus au-  
tem, & nihil aut parum mungentibus,  
promptè hos meatus occæcari ob cerebri  
mollitiem, & coalescere, tuncque canales Libro 8.  
duo declives, unus à medio ventriculo, al- v.p.  
ter sæpe à meatu tendente ex medio ven-

H      tricul

triculō in postremum totius cerebri excrementa per foramina ossis sphenoeadis, & per palatum in os eruant, & soli purgando cerebro sufficiunt quando animal omnino rectē habet, alimentumq; bellè vincit, ac percoquit. Nos illam cavitatem ventriculorum anteriorum ad foramina usque ethmo~~ea~~ continua in pueris & grandibus natu sāpe obseruauimus, & latissimā in aliquibus spectauimus, qui caro aut catoche mortui erant, repletis omnino humore seroso ventriculis. Eos meatus sequimur parvum diducēdo lata specillorum aut paruorum baculorum parte: & frequenter obstructos à pituita putri deprehendimus. Ut autem pateant magis, ventres cultro minimum apertos per tubum inflamus, ut ipsi & cerebrum ad magnitudinem naturali propinquam redeat, hoc est, ut crano magnitudine æquetur. Mortuis enim cerebrum contrahitur plurimum, nec amplius cranium implet, ut viuis: quanquam inter viuos neque calvis replere etiam Galenus affirmat. Depulsi omnino aliquot Velsani cuiusdā calumniis in Hippocratis Galeniq; nomen impie effusis, lineas septem cōtinuas calumnioris ex capite 43. sui libri secundi de manus

manus partibus cuiuis manifestissimis explicaram, aut verius expurgaram tot propè vitiis quot sunt lineaे, & in commentarium coegeram, quem prædictis annectere staueram: sed cum viderem omnia nō modò in eo capite, sed in cæteris quoque ab eo calumniatore scriptis, tam multis & magnis vitiis ex grammatices, & ex aliarum quoque disciplinarum & physiologizæ ignoratione plena adeò, ut Augiæ stabulum repurgare esset multo facilius, quām centonem huius ex furtis cōsutum, & calumniis fartum, mendis etiam insignioribus tā:ūm emaculare, mutato consilio suppressendum cessui. Videtis lectores pij & candidi, ei iudicioris solidæ nihil ex farragine hac calumniatoris verbosissima esse sperandū: in qua qui errata quærerit, per mare quærerit aquam. Eat nunc impius iste calumniator quò dignus est, vocet in certamina diuos, in præceptores calumnietur, suas perflet gloriolas, & librum suum clamitet post sua victurū fata superstes opus, se in cœtu imperitorum, rei anatomicæ principem appellari contendat. En Adraſta Nemesis illius capiti insultat, impiam ferit conscientiam: vindictam maledictorum in præceptores, &

H 2 calum

calumniarum exigit. Cæsaream Maiestatem imploro, ut monstrum hoc ignorantia, ingratitudinis, arrogantiæ, impietatis exemplar perniciosissimum domi suæ natum & educatum, uti est cōmeritum, malè mulctet, ac omnino comprimat, ne suo pestilenti halitu Europam reliquam venenet. Nam Gallos quosdam, & Germanos & Italos sua exitiali spuma iam infecit, sed eos rei anatomicæ & reliquarum opinor medicinæ partium ignaros: quæ si ipsis vel librorū Galeni lectione, vel potius multarum anatomarum tractatione, aut saltē inspectione, fuisset vel per transennam cognita, nunquam inconsulti tam repente duces suos longe optimos reliquissent, & se in ignorantia castra conieciissent, homines digni commiseratione & venia, si modò à nobis admoniti, iustitiā, & naturæ in nobis artem discant, & non temnere diuos præceptores suos: si quoq; falsis dogmatibus relictis huius trāsfugæ, ad præceptorum suorum vexilla redeant, à quibus liberalissimè, humanissimè, integrimè hastenus fuerant instituti, & deinceps quoque perpolientur. Sed eos iam audio in gratiam cum suis præceptibus redditum percupere, & nouo militiæ

sacra

sacramento obligari velle. Id quod omnibus tum medicis tum medicinæ studio-  
sis, certò scio, iucundissimum est futurum.

Vos igitur rediuiui & pij Asclepiadæ,  
Galli, Germani, Itali, obtestor ut mihi annis, & laboribus fesso velut succenturiati  
adsitis, & si quid est defensionis præcepto-  
rum vestrorum reliquum, id perficiatis:  
aut si hæc bellua Lernæ nouum aliquod  
caput extulerit, mox comprimatis, & hæc  
immani mole Chimæram, hæc rudem in-  
digestamq; farraginis colluuiem & cloa-  
cam, opus à vobis legi indignissimum, la-  
ceretis, conculcetis, Vulcano deuoueatis,  
etiam si in eo Galeni plumæ sint quam-  
plurimæ, sed quæ fœda barbarie velut cō-  
spurcatæ, autoris splendorem iam amise-  
runt. Quas si sustuleritis, & calumniarum  
pelagus, & inuenta pauca vel falsissima vel  
levissima reliquum est nihil præter char-  
tam certè miserrimam. Quòd si quid in  
ea farragine verbosissima à calumniatore  
inuentū est lectione dignum (nemo enim  
scriptor est omnino pessimus) id tam est  
exiguum, vt papyri folio comprehendendi  
queat, si modò picturas vmbbris tectissi-  
mas, & characteras picturis destinatos,  
rem superstitionis, & obscurissimam, &

H 3 planè

planè inutilem, pro nihilo duxeritis, &  
tales tum picturas tum characteras remo-  
ramento esse magis quā compendio æ-  
stimaueritis, præsertim medicis, quorum  
ars longa est, ac vita breuis, & qui partium  
corporis humani omnium naturam visu,  
& tactu ex multis anatomis perspectam  
habere debent, non ex picturis aut libris  
solis, cùm nec naucierum, nec impera-  
torem, nec alios quosvis artifices hac  
vmbratili exercitatione forma-  
re liceat: sed ne plantas qui-  
dem ipsas pingi Galenus  
permisit, initio li-

bri sexti de fa-  
cul.simpl.

med.

His sermonibus impios Gigantas  
Naturæ obstreperos probamus, omni  
Tormento quatimus, gradu superbo  
Deturbamus, humamus & suorum  
Saxis montium, & in suo Galenum  
Naturæ columnen statu tenemus,  
Ac diuum Hippocratem, quibus verendis  
Multum numinibus sacros honores  
Vos Asclepiadæ pijs dicate,  
Ac defendite ab impiis lauernis.

P I N I S.

